


M. S. 4.º perg.º con 161. hojas foliadas y 12 — mas al principio sin foliar. bien tratado comple — to

R.— add. Bult. Benedic.



T

I

# Sanctissimi D. N. D.

# Benedicti

## Divina providentia

# Papae XIIJ



Constitutio pro Vestituenda, et conservanda in Religione Fratrum Minorum S. Francisci de observ.a Reformatorum, Discalceatorum, Recollectorum, Terhariorum, vel quocumq. alio nomine Nuncupatorum, sub directione Ministri Gen.s totius Ordinis viventium Antiqua regulari disiplina.

## Benedictus P.P. XIIJ

1 Universalis Ecclesie Regimini Nullo licet Meritorum Nostrorum suffragio, inscrutabili Divine Providentie arcano, presidentes, inter Multiplices, ac sane gravissimas Pastoralis officij nostri sollicitudines, quibus Iugiter premimur, Memores sub suavi Religionis Fratrum Predicatorum iugo a teneris annis Nos metipsos Deo devovisse, illam peculiari quadam Ratione curam suscipimus, per quam prisca Regularis disipline observantia in Religiosis Ordinibus conservetur, atq. instaurentur

vretur, et Nexij quæper Emissorum in illis Votorum semitam ad apicem perfectionis contendam a Rectoe institutorum suorum tramite deflectant, quæcunque, felici eorum Regimini, ac providæ Animarum suarum directioni impedimento esse possunt, removere Studeamus, sicut omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, in Domino Salubriter expedire conspicimus. =

Cum itaque sicut accepimus, ac Nos ipsi, dum in Minoribus Constituti commisso Nobis a fel. Rec. Clem. XI, et Innocentio XIIJ, Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris in quibusdam Ordinis fratrum Minorum S. francisci de observantia et Reformatorum nunc cupatorum Provinciis Visitatoris Apostolici munere fungebamur, experientia didicimus, in ordine præfacto, qui suaves ac uberrimus in Ecclesia Dei, fructus omni tempore protulit, et indies Deo benedicente a quo bona cuncta procedunt, proferre non desistit, nonnullos irrepsisse abusus contra primitivæ illius disciplinæ formam, ac dispositionem quarundam Apostolicarum Constitutionum, præsertim Rec. Mem. Vrbani P.P. VIIJ prædecessoris pariter Nostri, die 23 Junij MDCXXXIIJ =

Præsentis Constitutio materia.

26 Junij

26 Junij MDCXXXIX, ac prima etiam Junij
MDCXL. respective edictorum quarum priore in-
cipiente: Inter cæteras omnia privilegia personalia
in eodem ordine perpetuo abrogata fuerant, neque &
cætero aequo quam concedi posse cautum erat; altero
vero, cujus initium est Admonemur adversus illius
Superiores favores extra Ordinem ipsum in conce-
ssione gratiarum, graduum, officiorum, et dignita-
tum, ac remissione poenarum attendentes, nec non
fratres ejusmodi favores conquirentes emanaverat;
et tertia dierum quae incipit: Militantis Ecclesiae, inter
alia Patribus ejusdem Ordinis Jus, arbitrium, ac consue-
tudinem superintendendi Provinciis, Conventibus, fra-
trum collocationibus, aliisque dispositionibus, quae sibi
ex officiis, quibus functi fuerant, remansisse, seu
competere praetendebant, adempta, et abolita fuerant
obomnino, accuratam autem harum Constitutionum ob-
servantiam multa, et gravia in dicto Ordine adversus
Regularis observantiae nitorem incommoda oriri dignos-
cantur, nec non magnum relaxationis ostium panda-
tur, atque spiritus Paupertatis, et humilitatis, quo
Seraphicus ille Ordo potissimum innititur, plurimum
detrahatur, non sine modica etiam Religiosorum illius
statum pacis, et tranquillitatis perturbatione. =

Hinc est

3

Hinc est, quod Nos, qui Regularem disciplinam ubique vigere omnem que illius Relaxationis viam praecludi summopere exoptamus, hujusmodi malis, et incommodis opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, antiquis, ac laudabilibus dicti Ordinis Statutis per Sedem Apostolicam confirmatis inhaerendo, Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione, hac nostra perpetuo valitura sanctione confirmantes, et expresse innovantes, quae ab eodem Urbano Praedecessore interim ejus Constitutionibus supra dictis et a piae mem. Clementis Papae X. Praedecessore etiam Nostro, per quasdam suas in simili forma Brevis die 7 Octobris MDCLXXII. super nova eorumdem privilegiorum personalium abrogatione expeditas literas disposita, et ordinata fuere; omnia, et quaecumque indulta, seu privilegia personalia tam ex Ministrorum ex Commissariorum, seu Vice Commissariorum, ex Procuratorum, et ex Diffinitorum Generalium, quam ex Ministrorum, ex Custodum, ex Definitorum Provincialium, prout etiam ex Generalium Praedicatorum, atque Lectorum Theologiae supra numerum

§. 1. Abrogantur omnia et quaecumque privilegia personalia et innovantur Const. et aliae edictae Gregor. XV. Urb. VIII. et Clem. X.

mexum

numerum, necnon apud Parentes, vel consanguineos,
aut alibi extra Claustra habitu retento degendi aut
in Vno Conv^tu^ ita determinate Commorandi, vt sublata
Sit Superioribus facultas ad alios Conventus trans-
ferendi et quae alia hic non expressa, quibusli-
bet Fratribus de observantia, Reformatis, Dis-
calceatis, Recollectis, Tertiariis, vel quocunque alio
nomine nuncupatis sub Regimine, ad directione Minist.
Generalis dicti Ordinis viventibus, cuiuscunque dignitatis,
qualitatis, et inclinationis existant (Charissimorum in
Xpto Filiorum Nostrorum Regis Romanorum,
in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Theo-
logis, Concionatoribus, et Confessariis actualibus
dumtaxat exceptis) quovis titulo praetextu, causa,
et occasione, et ad cuiuscunque Instantiam, et Supplica-
tionem, tam a Nobis, et Romanis Pontificibus
Praedecessoribus Nris, et a quibusvis, S. R. E. Cardi-
nalium Congregationibus, quam etiam ab ipsius
Sedis Apostcae Nuntiis, aut de Latere Legatis, ac
quibuslibet Ordinis huiusmodi Superioribus hactenus
quo. quomodo contra, et praeter Regularia Ordinis prae-
dicti Statuta, et Aplicas Constitutiones concessa,
per praesentes revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus,
et abolemus, illaque in perpetuum revocata, cassata
abro-

Abrogata, et abolita, viribus que, et effectu vacua esse, et fore nemini que illasenus suffragari, neque deinceps a quo quam concedi posse decernimus. Mandantes propterea in Virtute Sanctae Obedientiae, et sub Excommunicationis, privationis que suorum officiorum, ac Vocis activae et passivae poenis eo ipso incurrendis, dilectis filiis Ministro et Commissario Generalibus, ac Ministris Provincialibus, Custodibus, aliis que eiusdem Ordinis Superioribus ut quam primum praesentes Nostrae literae ad eorum Notitiam pervenerint, omnes, et singulos Patres, et Fratres Ordinis huiusmodi similia inducta seu privilegia habentes, etiam si a Nobis, vel a Praedecessoribus praedictis, non completo vel complendo integro tempora officiorum, ex quibus illa desumere praetendunt, dispensationem quo quomodo obtinuissent illis eo ipso privatos, et spoliatos esse declarent, ne quem quam eis inposterum uti sinant, vel permitant.

2. Fratres vero, quibus per dicti Ordinis Constitutiones Conventus, in quibus degant pro suo arbitrio eligere concessum est; cum ad praescriptum Regulae, quam solemniter Voverunt nec domus nec Locum, nec aliquam rem in hoc Mundo sibi possint appropriare ex- quod nullum possit in posterum eligere in conventu nisi de lic. sup. ex Reg. S. Francisci

Cap. 6 et 10 et eiusdem tentam.to Clem. VIII de reform. Regulæ.

ex nunc, et de cætero perpetuis futuris temporibus, omni usu in contrarium penitus sublato a Superioribus Generalibus, vel Provincialibus de Conventibus eis magis acceptis, ea qua decet humilitate sibi provideri postulent. Superiores autem pro singulorum meritis, et qualitate eos in Conventibus postulatis collocari procurent, sicut in Domino expedire viderint; exceptis tamen almæ Urbis nostræ Conventibus in quibus ob pote numerosa familia gravatis, nec ipsos etiam Discretos, qui non fuerint Patres Romanæ Provinciæ, sive de observantia, sive Reformatorum, vel dictæ Sedis servitio addictis, volumus de familia commorari posse; sed expletis eorum officiis, ad proprias Prov.as vel ad Conventus sibi a dictis Superioribus assignandos proficisci omnino teneantur in quibus Guardianis suis iuxta D. Francisci Institutoris mentem ita illi eorumque socii subesse debeant ut extra Claustra absque expressa eorundem Guardianorum qualibet vice obtinenda licentia exire non possint.

§. Insuper ne ad gradus, officia, et dignitates per emendicata suffragia ambitiosis pateat accessus, et ad ditiis præbeatur vagis, et otiosis Fratribus per alienas Provincias errandi, vel etiam proprias Provinciæ

Conven-

Conventus circumeundi ob exortas a suis Superioribus facultates per conquisitos extra Ordinem favores, similiter in virtute Sanctae obedientiae ac sub poena privationis officiorum, Nostro, ac Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum arbitrio Superioribus Generalibus eiusdem Ordinis; Provincialibus vero et reliquis dicti Ordinis Praelatis, nunc et pro tempore existentibus arbitrio ipsorum Superiorum Generalium, praecipimus, et mandamus ne ad instantiam et requisitionem quarumcumque Personarum tam Ecclesiasticarum quam Laicarum extra dictum Ordinem constitutorum, etiam Cardinalatus honore, et quacumque saeculari dignitate, et excellentia, etiam Ducali, Regali et Imperiali fulgentium, cuivis praefati Ordinis Religioso ullam gratiam impertiri, vel poenas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, et administrationes eiusdem Ordinis concedere audeant; quinimo fratres, qui contra praesentium tenorem, mediis, et viis huiusmodi per conquisitos favores, et suffragia extra Ordinem, aliquid sibi procuraverint ad talia, et similia, ac etiam maiora in eodem Ordine consequenda perpetuo inhabiles, et incapaces declaramus: Eos vero qui Personarum extra Ordinem favorem, vel authoritatem, interpellaverint ad extorquendas a suis Superioribus

nibus, facultates vagandi, vel de uno, in alium Conventum transeundi, pena Carceris formalis Superiorum suorum Generalium, vel Provincialium pariter arbitrio puniendos esse Statuimus; ipsis que Religiosis et fratribus dicti Ordinis quibuscunque sub eisdem respective poenis praecipimus, et expresse interdicimus, ut non solum in praemissis omnibus favores cuius modi minime procurare, sed nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minime procuratos recipere, et similiter, nec ad hunc effectum Munera aliqua praedictis personis exhibere praesumant — Praeterea omne, et quodcunque

6. jus, seu affectatam consuetudinem, quae praetensum jus, seu abusus dici debent, Diffinitores, vel Guardianos, in ipsius Ordinis Capitulis Provincialibus, vel Congregationibus Intermediis, nominandi, praesentandi, seu proponendi, Provinciis, Conventibus, ac Stationum, Collocationibus superintendendi, quovis titulo convenientiae, vel directionis, seu alio qualitercunque nuncupato inducta, obtenta, et intrusa in perpetuum similiter cassamus, et abolemus, ac cassata, et ablata esse, et censeri debere, cuicunque in posterum tales nominationes, praesentationes, et propositiones, alia que praemissa

præmissa faciendi facultate pœnis interdicta
sub privationis vocis activæ et passivæ nec non inha-
bilitatis ad officia obtenta, et alia in futurum obti-
nenda, ipso facto incurrendis pœnis, decernimus,
et ordinamus Declarantes propterea eos, qui Su-
periores, vel Deffinitores Generales, Officiales
Romanæ Curiæ, Provinciarum Ministri, vel qui-
inter ipsos iuxta dicti Ordinis Statuta connumerantur,
quique Custodes etiam, aut Deffinitores Provinciarum
fuerint ex officiis, quibus functi sunt, nullum habere,
vel prætendere posse Jus, arbitrium, Superintenden-
tiam, intelligentiam, vel quocunque alio nomine nun-
cupetur, præeminentiam in Provinciis, Conventibus,
Fratrum collocationibus, aliis quodes positionibus; sed
liberum omnino sit Provincialibus, et Deffinito-
ribus, (nullo ad prædictos Patres habito respectu) —
a Conventibus dupmere Guardianos instituere,
Fratres collocare, aliaque exequi prout communi Provin-
ciarum bono magis convenire censuerint. Ipsis etiam
Provinciarum Ministris, Custodibus, ac Deffinito-
ribus nunc et pro tempore existentibus sub eadem
pœna privationis officiorum, quæ obtinet eo ipso quoque
incu-

VII

Inurrenda, districte inhibemus, nec tales Conventus vel directionem seu alio quocunque Nomine Conventus invicem partiri, in eis que Guardianus Nominare, proponere, et presentare audeant cum intentione nos presit omnes, et quascunque eiusmodo Conventuum distributiones, Guardianorum Nominationes, et presentationes penitus tollere, et abrogare.

7\. Precipientes omnibus, et singulis Fratribus dicti Ordinis Suffragium, et vocem activam habentibus in Capitulis, et Congregationibus Provincialibus, ut prius quam ad electiones devenian, has presentes literas legi faciant, omnesque, et singuli observare curent quo scilicet deposistis omnibus privatis studiis, et affectionibus, nulla que predictorum Fratrum habita ratione, eos tantum in Provinciales, Custodes, Diffinitores, et Guardianos, libere eligere, et approbare valeant, qui iuxta Apostolicas, et dicti Ordinis Constitutiones elegi debent, quosque pre vita Meritorum qualificatione digniores, ac ipsi Provinciis, et Conventibus regendis utiliores, et ad id magis idoneos iudicaverint.

8\. Familiae convent. Indeputatione autem Familiarum, seu destinatione Conventuum in Capitulis, et Congregationibus Provincialibus huius

huiusmodi faciendâ, ut iuxta Conventuum exigentiam, et Personarum merita Religioni opportune collocentur, praecipimus, et mandamus sub vocis activae privatione, aliisque poenis arbitrio Superiorum Generalium infligendis poenis, ut in iisdem Capitulis, et Congregationibus Familiae fratrum ab integro Definitorio, deputentur, et conventus destinentur, fratres vero sub poena etiam carceris formalis arbitrio Ministri Provincialis ad Conventus sibi assignatos se conferre, ibique commorari teneantur, nisi legitime exurgentur Causa ab ipso Definitorio approbanda, et Guardiani aliquem sine Causa recipientes, privationis sui officii poenam incurrent, at si causa subsit illum reiiciendi, eam Superioribus Provincialibus deferre debeant, quae si legitima, et rationabilis eorum iudicio probabitur, tunc Religiosum sic reiectum ad alium Conventum mittere valeant = a solo Definitº deputantur, iuxta consti t. supradict.

§. 2.

2. Quia tamen in Provinciarum regimine nec abusus tolli, sed potius augeri, nec omnimodam libertatem in Electionibus, et deputationibus familiarum huiusmodi, prout par esset, pluribus ab hinc annis obtineri posse non sine experimento compertum habemus, eo quod Superiores officia, ac famam semper

Revocant. q. praeceptu. Suffrag. in Capit. et Congregat. provincialibus Cota Const. S. Pii V. 7.

Semper ijdem Provinciarum Patres Deffinitorio in-
terdicantur, ibique Locum, et Votum habeant, per-
niciosis huiusmodi malis occurrere cupientes, utque Provin-
ciarum Guvernia iuxta ipsius Ordinis Constitutiones singu-
lis Trienijs ex integro immutentur, et nullatenus perpetua
reddantur, providere volentes, cum aliquando contingat,
Suffragia perpetua Patrum quos habituales vocant
vocis Diffinitorum actualium equalia esse immo
illa excedere in grave ipsorum Provinciarum preiudi-
cium, quando quidem ipsis dumtaxat Diffinitoribus
ius sit in Capitulis huiusmodi pro earundem Provin-
ciarum maiori bono et felici governio Religiosos
ad officia eligere ac proinde in hac parte Literas
Sanctæ Memoriæ Pij V. Clementis VIIJ. Et Gregorij XV.
Romanorum Pontificum Predecessorum nostrorum
hac super re emanatis insistentes, omnia, et quæcunque
perpetua Suffragia tam de Iure, quam de Consuetudine,
quomodo in capitulis, Congregationibus, vel Deffini-
torijs particularibus, ~~Congregationibus~~, Provinciarum,
et Custodiarum, tam de observantia, quæ reforma-
torum, Discalceatorum, Recollectorum, Terciariorum
vel alio nomine nuncupatorum, quibusvis fratribus
hactenus quomodo libet competentia, motu sciencia
ac de

acde potestatis plenitudine partibus harum serie etiã, per petius Revocamus, annullamus, et abrogamus, nullius que Roboris, et Momenti deinceps fore Esse declaremus. Volentes proinde in Capitulis Provincialibus huius-modi Guardianos, Diffinitores, Custodes, et Provinciales Ministros, ac Presidentes, Capitulares Vocem activam pro novo Deffinitorio eligendo, ipsos q̃ Ministros Provinciales suo tunc officio functos Volumus etiam consultivum, et Decisivum in omnibus acti-bus Capitularibus una cum Novo Deffinitorio, et Presidente in futurum dumtaxat habere, in Reliquis vero Deffinitoriis particularibus et Congregationibus intermediis solos Provinciales Ministros, Custodes et Deffinitores huiusmodi voce consultive, et decisive, uti, et frui debere. =—

10. Cumque eadem prorsus sit Ratio de Capitulis, et Congregationibus generalibus, et ne etiam ob hanc Suffragiorum perpetuitatem aliqui ex dictis Religionis Sancte et Seraphice humilitatis obliti, Spiritu superbie inflentur, vel dulcedinem gubernandi allecti subesse dedicant, et alii eorum exemplo simili cupiditate accendantur prius quam huiusmodi Scandala in Ordinis, et animarum de-

trimen

detrimentum invehantur, idipsum quod à Capitulis, et Congregationibus Provincialibus dijs posuimus, ut pro ferantur, ad Congregationes etiam, et Capitula Generalia dicti Ordinis extendimus. Inhibentes propterea omnibus, et singulis praedicti ordinis Patribus, nè in Capitulis, et Congregationibus Generalibus praefactis quisquam eorum in posterum cuiuscunque habilitatis, etiam Generalatus protextu suffragium ferre possit pro Superioribus Generalibus, vel Definitoriis noviter eligendis, sed illi tantum inibi votum habeant qui iuxta Ordinis Constitutiones de Corpore Diffinitorii Generalis fuerint, ita tamen ut ipsi Superiores Generales officio functi in illis Capitulis, et Congregationibus, in quibus eorum munus expleri, seu cessare contigerit, votum consultivum, et decisivum in omnibus actibus Capitularibus, obtineant, quibus absolutis, soli ministri, et Comissarius Generales noviter electi cum eorum officialibus curiae, et Diffinitoribus uni versum Ordinem, vel familiam respective seclusis quibuscunque Ordinis discretis, valeant, et debeant modo derari, ita quod Superiores Generales huius modi in ardinis Ordinis, vel familiae negotiis aliquos eo discretis, et Patribus praefactis, quos maluerint, con sulere

Sufere, et etiam ad Ordinarios Congressus, si id commode fieri poterit, vacare debeant, prout Religionis bono conducere existimaverint. ═══

11. Porro quod attinet — Ad Subrogationem — Patrum in Capitulis, et Congregationibus, sive particularibus Definitorij, aut Congressibus tam Generalibus, quam Provincialibus, ea omnia servari debere mandamus, quæ alias per Statuta dicti Ordinis prescripta reperiuntur, ita ut secundum unius cuiusque gradum, et dignitatem primo Ordinis, et familiæ Discreti, deinde ex Officiales Romanæ Curiæ, ac ex Definitores Generales, postea ex Ministri, et Provinciæ Patres respective, iuxta eorumdem Statutorum dispositionem substituantur, et subrogentur; volentes tamen, quod Provinciarum Ministri officio functi, et qui inter eos ad præscriptum Constitutionum Ordinis per salti connumerari solent, sive sint ex Guardiani Jerusalem, ex Secretarij, aut ex Comissarij Generales in partibus Indiarum, vel Lectores Jubilati Emules inpartibus Indiarum, vel Lectores Jubilati Emuli, ac alij huiusmodi inter se ita æqualem animo meo, ac alij huiusmodi inter se ita æqualem animo Ordinem de cætero perpetuis futuris temporibus servent quoad substitutiones huiusmodi, ut illi, qui primo

quomodo in posterum fieri debeant substit. et subrogatio nis PP.

Primo loco subrogentur, qui prius inter Provinciarum patres, seu Ex Ministros locum fuerunt adepti, quamvis exinde ipsos Provinciarum Ministros, qui revera officio functi sunt post alios non antea Ministros contingat suffragari cum menti, et intentioni Nostrae sit, ut hoc subsistendi, et suffragandi ius non in aliquot tantum sed in omnibus Patribus, quibus illud competit suum sortiatur effectum. ——

12. Commutat. in privat. officiorum pene excommunicationes in fictae in litt. Urb. 8°

Quoniam vero in supra dictis Urbani Praedecessoris Constitutionibus non minus contra fratres fautores contra Ordinem praefunctos atendentes vel consequentes, quam super abolitione praetensi iuris consuetudinis, vel arbitrii Patrum eiusdem Ordinis, qui officiis functi fuerant, editis poena excomunicationis adversus transgressores ipso facto incurrenda infligitur, ne ex hoc Religiosorum dicti Ordinis conscientiis scrupuli ingerentur, ac laquei struantur in gravem animarum suarum perniciem eisdem Constitutionibus, firma remanente in reliquis eorum dispositione, in hac parte tantum derogantes, poenam excomunicationis huiusmodi in illam privationis officiorum, ut praefertur, quae tamen non nisi a Nobis, et Romanis Pontificibus Successoribus nostris relaxari valeat, commutamus. ——

Decer-

13. Decernentes easdem presentes literas et in eis contenta quecumque etiam ex eo, quod Superiores et Fratres Ordinis prefati, alij que quilibet cuiuscumque Status, gradus Ordinis, preeminentie, vel dignitatis existant, seu alias specifica, et individua mentione, et expressione digni in premissis interesse habentes; seu habere quomodolibet pretendentes, illis non consenserit, seu ad ea vocati, citati, et auditi, cause que propter quas ipse presentes emanarint, sufficientes adducte, verificate et iustificate non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis iuridica, legitime, et privilegiata causa, colore pretextu, vel capite etiam in corpore iuris clausso, etiam enormis, enormissime, et totalis lesionis, nullo umquam tempore subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostre, aut interese habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno et substantiali, ac incognito, et inexcogitabili, individuam que expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, reduci, in controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliud ve quodcumque iuris, facti, vel gratie remedium

clausula prerrum sabitia

Remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, vel emanato quam primum in Judicio, vel extra illud uti, seu scrutare illomodo posse, neque easdem presentes literas, et in eis contenta huiusmodi sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam a Nobis, ac Successoribus prefatis pro tempore quomodolibet, faciendis comprehendi, nisi de ipsis literis earumque dispositione fiat mentio specialis, sed ab illis semper excepta, et perpetuo valida, et efficacia existere, et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus et per omnia inviolabiliter, et inconcusse observari, et adimpleri; sicque et non aliter in premissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, et dicte Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque preeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter Judicandi, et interpretandi facultate,

et

1 ac auctoritate, Iudicari et diffiniri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

12. contra derogatio. Non obstantibus premissis, ac quatenus opus sit Nostra, et Cancellariae Apostolicae Regula de iure quaesito non tollendo, et fel. rec. Gregorij XIII, ac eiusdem Urbani VIII. et Alexandri VII Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum, per quas suffragia perpetua in Capitulis, et Congregationibus Provincialibus, et Generalibus, Patribus Ordinis, et Provinciarum concessa fuerant, alijsque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel Specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon dicti Ordinis, eiusque Congregationum, Reformationum, Provinciarum, et Conventuum quorumcumque, alijsque quibuslibet etiam Iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, Usibus, Stylis et consuetudinibus etiam immemorabilibus; Privilegijs quoque indultis, et literis apostolicis eidem Ordini eiusque Superioribus, Fratribus, ac Personis sub quibuscumcumque verborum Tenoribus, et formis, et cum quibusvis derogatoriarum derogatorijs, alijsque effi-

cacio-

efficacionibus, efficassissimis et insolitis clausulis, irritantibus que, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium premissorum quomodo libet concessis, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, et innobatis, quibus omnibus, et singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorum que totis thenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu queavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huius modi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forme in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, presentibus pro plene, et sufficientes expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, et expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceteris que contrariis, quibuscunque. ——

Volumus autem nullo inquam tempore hec in oblibitionem, seu desuetudinem abeant, ut superiores generales, vel eorum Comissarii in Provintiarum visitatione sub ijsdem privationis

officiis

Officij, vocy que active, et passive ipso facto incu-
rrendy penis, que non nisi à Nobys, vel
Romanis Pontificibus Successoribus nostris
Similiter Relaxari Valeant, & Contentorum
in hac nostra sanctione observantia diligenter
inquirant, ac transgressores in vocy active, et
passive privationis penam incidisse, et ad officia
Ordinis inhabiles eo ipso declarent; Ut que
earundem presentium litterarum transumptis, seu
exemplis, etiam impressis, manu alicuius ex.
Secretarijs Ministri, aut Notarij publici,
subscriptis, et sigillo officij eiusdem Ministri,
aut Procuratoris Generalis ipsius Ordinis, vel
alterius Persone in Ecclesiastica dignitate cons
titute munitis eadem prorsus fides in Iudicio et
extra adhibeatur, que presentibus ipsis adhi-
beretur si forent exhibite, vel ostense.
Datum Rome apud S. Mariam
Majorem sub annullo Piscatoris
die

XIII

Die XVI. Novembris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri anno primo. = F. Card. Oliverius. = Loco ✠ Annuli Piscatoris.

## Sectio 1. 

1\. Aliqua ad maiorem claritatem annotantur.

Annotatur 1.º quod nomen Constitutio à constituando; hoc est, a simul statuendo dicitur, et sic vi nominis idem sonat, ac commune Statutum.

2 Annotatur 2.º Nomen Constitutio potest accipi dupliciter, stricte videlicet, et Large. Priori modo summitur Constitutio pro lege, quam Princeps statuit, sive constituit de concilio Procerum, ac Senatorum suorum, et sic Constitutio est, quod Rex, vel Imperator constituit; et sic pro eodem summitur Constitutio, et Lex: propterea Divus Innocentius Papa Epistola 1.ª Constitutiones Apostolicas apellavit Leges, illis verbis: Leges Ecclesiasticas apostolica firmamus authoritate.

3 Frequenter magis vitatae Constitutiones Principum Secularum apellantur Leges, non tamen Constitutiones Ecclesiasticae. Ratio consequentiae est clara: quia Rex omne suum Imperium, aut Regnum immediate à populo accipit

Unde

Unde sicut olim, quæ statuebantur a populo, Leges dicebantur, ita et nunc, quæ Rex statuit Leges vocantur. Romanus vero Pontifex potestatem suam non habet a populo, sed immediate a Deo, et sic sua decreta potius apellantur Constitutiones, quam Leges. =

2 In secundo modo, seu Largè summitur Constitutio, pro quovis Statuto, seu iure Scripto, sive Principis Ecclesiastici, vel Secularis, sive inferiorum potestatem condendi Leges, seu Statuta habentium: Ut sunt Archiepiscopi, Episcopi, Capitula Cathedralia, Collegia, Ordines Regulares, Magistratus et huius modi. In hac latissima acceptione non summitur præsens Constitutio; sed in prima, quatenus est emanata, et data a Romano Pontifice. =

5 Annotatur 3.º quod per Motum proprium intelliguntur literæ seu Rescripta Summi Pontificis in quibus hæc clausula Motu proprio inserta habetur: prout liquet ex c. si motu proprio 25 de præbendis, ex quo infertur præsentem Constitutionem habentem sequentes clausulas, Motu proprio, ex certa scientia, ac Matura deliberatione, Constitutionem Pontificiam esse

Motu

Motu proprio ex proditam, et consequenter operari, supra communem, et ordinarium modum Constituendi hos effectus proprios Motus proprij 1. facit rem ordinatam, vel confirmatam, maioris authoritatis. 2. Si res sit minus valida, reddit eam validam. 3. Nullus inferior potest de validitate illius amplius cognoscere, vel opponere, ob vel surreptionem: Ut habet Glossa in c. quia diversitatem de concess. Prebend. &c.

## Subsectio Unica

## Ad aliquas percontationes fit satis.

6 Percontaveris 1. an liceat presentis Constitutionis interpretatio? Antequam ad percontationem propositam fiat satis, Sciendum est, in communi consentem sensu D.D. interpretationem nihil aliud esse quam Verbi, vel Sententiæ per aliud verbum claritas declaratio. Hæc autem interpretatio est duplex. Alia generalis, quæ provenit ex Iurisdictione, et dicitur Authentica, seu Iurisdictionis; et est illa, quæ fit a Legislatore ut tali, seu ut exercet officium Legislatoris, nam talis interpretatio vere

7. vere habet rationem legis. Alia est doctrinalis, quæ non habet vim legis, sed provenit ex scientia et industria D.D. Hæc per se obligationem non ponit, aliquando potest illam ponere: ut si in alicuius legis intellegentia omnes Interpretes conveniant, et sic faciunt humanam certitudinem. Si vero disentiant Interpretantes, sententiandum est in tali secundum cuius libet probabilitatem.

8. Sciendum est etiam, quod Epikeia in ionsensu D.D. est benigna legis interpretatio secundum æquum, et bonum declarans casum aliquam particularem ex mente legislatoris ob suas circunstantias particulares sub lege universaliter lata non esse comprehensum.

9. His annotatis respondetur 1.º Interpretationem generalem, authenticam, et iurisdictionis præsentis Constitutionis ad Romanum Pontificem spectare ex officio, iure que ordinario. Suadetur: Quia ut dictum est, interpretatio authentica, et iurisdictionis est illa, quæ fit a legislatore ut tali; sed præsens Constitutio solum a Romano Pontifice fuit facta: Ergo solum ab illo potest fieri illa authentica et iuridica interpretatio.

10. Dicitur ex officio, iure que ordinario: Ipse

Ut pote certum est apud D.D. ex commissione ipsius Pontifici posse aliquem modo dicto hanc Constitutionem interpretare Veritas hæc suadetur paritate Bullæ Cruciatæ, nam de facto Summus Pontifex Generali Commissario talis Bullæ facultatem concesit dubia circa ipsius textus emergentia authentice interpretandi, ut tenet Larecum communi cum D.D. = Constat etiam ex clausulis ultimis ipsius Bullæ Latinæ: Ergo pari formiter dicendum est in nostra Constitutione, ut potenon est maior ratio de una, ac de altera, casu quo ad hoc detur specialis commissio Summi Pontificis. ==

11 De Doctrinali interpretatione est dificultas specialis, ut pote n.º 13. præsentis Constitutionis prohibetur illius interpretatio: In controversiam, voccari, aut ad terminos Juris reduci::: Sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate: Ergo quamvis licita sit aliarum Constitutionum interpretatio doctrinalis istius illicita est ratione prohibitionis appositæ? ==

12\. Sequendo doctrinam. Dalai tract. 3. disp. 5. § 2. n. 6. = Salas disp. 2. Sect. 2 et Patris ab Angeli Speculo Privilegiorum disp. 1. Sect. 2. n. 20. proximus dicere, prohibitio

hibitionem dictam intelligendam esse de frivola et contra mentem SS.mi D. Benedicti XIIJ. nonvero de interpretatione in ratione fundata: Ergo si hæc ita esset, prohibitio non obstaret. =

13. Noster Rodriguez tom. 1. qq. Reg. q. 11. art. 3. Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 29. n. 4. = Reginald. lib. 20. n. 83. et alij affirmant similes prohibitiones intelligi debent de interpretationibus, commentarijs, Scholijs, aut glossis prælo excussis et ex professo factis; non de illis, quæ oretenus et manu scriptis traduntur. Pro hoc sententia stat Cursus Salmaticensis tom. 3. tract. 11. de legibus cap. 4. fol. 78. n. 25. = Ratio: talis prohibitio debet habere aliquem effectum. Sed talis effectus non est prohibitio frivolæ interpretationis, ut pote hoc est commune omnium legum: Ergo &c. =

12. Modo dicitur: Doctrinalis huius Constitutionis interpretatio licita, et utilis sinon est frivola, et sine fundamento, iuxta 1.am Sent.am Iuxta 2.am quæ est probabilior, licita est præsens interpretatio, ut pote solum est manuscripta, et in nullo eventu est imprimenda. Probatur: Quia præsentes in hac nostra familia

Familia non est facilis recursus ad summum Pontificem pro declaratione huius Constitutionis: Ergo pro dubiorum explicatione ad Doctrinales debemus recurrere.—

15\. Respondetur 3.º dari locum Epicheiae in Constitutione presenti; et ratio est: quia in omnibus Constitutionibus Pontificiis; et in legibus Civilibus talis locus datur, ut communiter asseritur ab omnibus Doctoribus tam Ecclesiasticis, quam Civilistis: Ergo haec non est deneganda circa hanc Constitutionem. Confirmatur: In aliquibus legibus Divinis, et Naturalibus etiam Epicheiae datur locus: utpote de Iure naturali est hominem non occidere, quem possum nihilominus occidere, si iniuste me occidere tentaverit. Secretum servare, indigenti subvenire, sunt de Iure Naturali, et casus possunt occurrere in quibus haec lex non obliget: Ergo potiori titulo in lege, seu Constitutione Ecclesiastica. In lege divina Coronatus Propheta indicavit per Epicheiam licere sibi panes propositionis comedere in casu necessitatis: Ergo &c.

16\. Reperca contra bene: Obi-
rere

Requireretur, ut detur locus Epikeiæ in nostra Constitutione, ut sit iniqua ejus observatio: an vero sufficiat quod tantum sit onerosa in tali casu, et dificilis in observatione? Respondetur, sufficere esse onerosam, et valde dificilem in tali eventu. Ratio est; quia sicut Jugum Xpti suave est et omnis ejus leve, sic præsens Constitutio suavis debet esse, quæ humano modo possit sine magna dificultate executioni mandari: Ergo &c.

17. Palaus, et eximius Suarez extendunt Epikejam, quando non modo sequitur incommodum ex impletione legis in adquisitis sed etiam in licite adquirendis: Ut si observantiam festi admitat rem magni momenti, quam lucrari poterat: qui lucrum cesans iustum, et magnum, gravi damno æquiparatur. L. unic. cod. de Sent. Ergo sequendo horum D.D. sententiam, de cujus veritate non disputo, etiam in præsenti Constitutione habet locum.=

18. Percontaveris 2.° An præsens Constitutio stricte, vel late interpretanda sit? Resolutio dependet, an lex pœnalis stringenda, vel
Lex

Extendenda sit? Respondetur cum communi,
D.D. sententia, quod non late, sed stricte est inter-
pretanda, quoad omne quod in illa continetur poenale.
Probatur ratione communi: quia poena cum sit odi-
osa, non debet extendi, sed stringi, L. 42. § de
Poen, Ibi: Interpretatione Legum poenae molliendae
potius, quam exasperandae. Et alibi: In poenis
benignior est interpretatio facienda: odia restringi,
et favores convenit ampliari. Ergo interpretatio
in nostra Constitutione quoad poenale &c.

19. Resp. ex con-
ta secundo: Quid sit ex contentis in praesenti Constitu-
tione poenale? Respondetur: Abrogationem privi-
legiorum personalium, quod nullus inposterum possint
eligere sibi Conventu nisi de licentia Superiorum,
omnes teneantur obedire Guardianis suis, nec extra
Conventum possint exire absque eorum licentia, quod
Patres nullam inposterum habeant suis nominandi
Deffinitores et Guardianos, nec titulo convenientiae
possint Conventus invicem partiri, revocationem suf-
fragiorum perpetuorum in Congregationibus, et
Capitulis, poenas contra non observantes contenta
in hac Constitutione. Haec omnia, et similia
esse

Esse principalia in communi consensu DD. =

20. Percontaberis 3.° an ad hoc ut præsens Constitutio obliget, necessaria sit eius promulgatio? Affirmative respondetur cum Ven.mo Mariano Magistro in 2. dict. 3. q. 2. § ad secundum, est que responsio communis. Probatur: Hæc Constitutio regula est humanorum actuum in casibus in illa assignatis; regula vero in actu secundo est talis, dum regulato aplicatur: sed non aplicatur regula, seu Lex regulatis ab ipsa, nisi adeorum notitiam perveniat; nec pervenire potest nisi aliquo signo exteriori promulgetur: Ergo promulgatio requiritur. Et confirmatur ex Iure Canon ubi cap. In istis dist. 2. dicitur: Leges tunc constitui, dum promulgantur. Ergo &c.

21. Repercontaberis, qualis debet esse ista promulgatio? Respondetur, debet esse secundum stylum, et consuetudinem, ut cum communi tenet Donatus tract. 1 de leg. q. 9. = Consuetudo nostræ Ordinis est, ut non solum in principali Conventu familiæ, vel Prov.æ publicetur, sed etiam in quolibet particulari, et hoc modo fuit publicata præsens Constitutio in hac nostra Betica Prov.a

22. Percontaberis 2.° an accep-

tæ

tatio Religionis requiratur, et ab illa dependeat prae-
sentis Constitutionis obligatio? Antequam ad prae-
contationem respondeatur, advertendum est, quod
post promulgationem debite factam tunc censetur
acceptari, quando Communitas eam approbat verbo,
scripto aut alio signo, vel quando ipsam in casu occu-
rrente observat. quod haec Constitutio sit in nostra
Betica Prov.a acceptata non cadit sub dubio, ut
pote non solum ista Prov.a, sed etiam illius Princi-
pes Prov. cuius litteris circularibus illam acceptavit-
ter, in Nomine, et ut Caput totius Prov. sed etiam
in plena Communitate in hoc Magno, ac Regali,
Convento, ex praedictis verbis ab ipso et ad ista Com-
munitate fuit libenter admissa. An in aliis Provin-
ciis, praecipue in Gallia, sit acceptata, de hoc praescin-
do.

23. Ad praecontationem ergo respondetur negative cum
Ill.mo Lappa, Diana, Salas, et aliis est que communio
inter Aud. Sed.= Probatur 1.º Noster SS. P. Benedic-
tus XIIII. a Deo recepit potestatem legislativam, non ex
tras latione populi, vel Religiosis in ipsum: Ergo ad
exercitium talis potestatis, et consequenter ad con-
ficiendam Constitutionem, vim obtinentem, obligandi, non
dependet a consensu, et acceptatione nostrae Religio-
nis

Religionis. Probatur 1°, quia acceptatio Religionis ad Constitutionem requisita, vel est observantia ipsius Constitutionis, vel aliqua ipsius approbatio? Non 1. quia observatio Constitutionis iam supponit Constitutionem, et sic cum virtute obligandi. Non 2: alias simul nostra Religio cum nostro SS.mo Patre Benedicto, esse legislatur, et consequenter non esset Summus Pontifex Monarcha absolutissimus, quod est magnum absurdum: Ergo &c.

22 Sed contra hoc dicas 1°; quod ex iure constat, est quae sententia D. Augustini, quod Leges constituuntur cum pro mulgantur; confirmantur cum moribus utentium applicantur: Ergo &c. 2° quia multae sunt Constitutiones Pontificiae, quae de facto non obligant, quia non sunt a Populo acceptatae: immo licet acceptatae sint in una Provincia, non in alia: Ergo similiter debemus dicere de nostra Constitutione. 3°. quia sub illa conditione, Pontificium concedere Constitutionem hanc, si Religioni placuerit: quia hoc ad suave regimen Ecclesiae spectat, ne Religiosi inviti cogantur: alias talis Constitutio esset occasio perturbationis Religionis, et consequenter in-

in Juste.

7

25. Respond. ad 1um quod quod sit de Validitate citati dicti, cuius author fuit Gratianus, et non S. Augustinus, non habens potestatem legislativum: textum stare pro nostra sententia, dum expresse concedit Constitutionem iam institui per legitimam promulgationem, et consequenter ante acceptationem Religionis. Ad illud, confirmatur cum moribus utentium approbantur, respondetur, intelligendum esse de confirmatione extrinseca, et substantiali. Vel ut alii dicunt, confirmantur non de jure, sed de facto, hoc est, non ab acceptatione recipit vim obligandi, sed quia in suo iure firmatur, et conservetur, per usum, et acceptationem Religionis.

26. Ad 2um respondetur verum esse stare multas Constitutiones Pontificias, quae per non usum, vel non acceptationem illarum, non habent vim obligandi. sed hoc non est, quia illarum vis obligandi recipiatur a Populi acceptatione, sed, quia per desuetudinem robur amiserunt, quae licet quando latae fuerunt, et promulgatae subditos obligare, pos quam vero legitime desuetudo

pres

Praescripsit, iam in tali eventu non obligat, quod si accideret in nostra Constitutione, idem diceretur.

27. Ad 3.um dicitur falsum esse SS. P. Benedictum praesentem Constit.em sub illa conditione ferre, nec posset ita praesumi nisi illud exprimat, utpote hoc militet contra suam authoritatem. Nec est contra suavem regimen Ecclesiae, sed est valde conforme et rationi consentaneum, ut nostra Seraphica Religio suo principali capiti subdita sit, ipsius vere capitis independens sit.

28. Praesentabitur 5.o In nostra Religione possint appellationem, seu supplicationem interponere ad Supremum Caput, supplicando hanc Constitutionem suspendat, vel abroget? Respondetur, negative loquendo de appellatione, quia appellatio est ab inferiori ad superiorem: sed Supremum Caput a quo est nostra Constitutionem est inferius, nec dabile est aliquod superius: Ergo de nostra Constitutione appellatio non est

Intra

29. interponenda. =

Loquendo vero de Supplicatione, affirmative respondetur, si datur causa illam non acceptandi, scilicet, quia est valde onerosa, vel quia ex ejus observantia aliqua incommoda insurgunt. Ratio est q[ui]a ut bene inquit R. Reinffestuel tom. 1. libro 1. Decretal tract. 2. q[uaesti]o 79. n. 123. cum communi DD. Alias ex hoc sequitur inconveniens: Ergo &. = Confirmatur ex Declaratione Alexandri IIJ: in capitulo Siquando 5. de rescriptione; ubi Pontifex Ravenn. Archiepiscopo his verbis scribit: Siquando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes. Et infra: qualitate negotii, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum Nostrum reverenter adimpleas, aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas, quia patienter sustinebimus, si non feceris, quod prava Nobis fuerit insinuatione suggestum. Ergo &.

Excitat est Supplicat. &. =

30. Repercontaberis 1.

In

Q. An interposita presentis Constitutionis Supplicatione, peccent Religiosi tam subditi quam Praelati, contra illam operando? R. Villalobos, Diana, Salazar, et Novissimus N. Rein Festuel tenent, quod si est iusta Supplicatio et cum causa nullum clari peccatum operando 3.a illam 1.o q. hoc pertinet ad suavem Ecclesiae Guvernationem ne subditi premantur, donec Superior magis suam mentem explicet: ergo R. = 2.o probatur ex praxi vim recepta cum alijs Constitutionibus Pontificibus supplicatis: ergo R. =

31. § Tertio: quia Subditi, seu Religiosi cum facto probarent contra dictionem, allegantes iustam causam ob quam nequirent Constitutionem observare et simul illam in facto observando: ergo R. =

32. Contraria sententia est probabilis: Ut pote haec Constitutio eo ipso quod latta sit et promulgata independenter à Religionis acceptatione obligat. ergo per supplicationem non suspenditur eius obligatio: quia supplicatio non habet effectum suspensivum, sicut appellatio: Utraque ē probabilis;

R.

Iterum prima practica corroboratur. Repraesentabitur
33. 2.° an interposita supplicatione taceat S. SS.
D. Benedicti, censeatur hanc Constitutionem
abrogare? Affirmative respondetur cum Bo-
nacina, Castro Palao, et alii, quia qui tacet
consentire videtur: Ergo &. 2.° nam si animum
haberet S. SS. D. interposita supplicatione,
Constitutione praesenti obligandi, insisteret, et ad ejus
observantiam urgeret: Ergo si non insistit, et urget,
clare infertur. &.

## Sectio Secunda

## Subiectum praesentis Constitutionis assignatur.

34. Subiectum hujus Constitutionis, seu ad quos se
extendit, dirigit et obligat, sunt omnes Fratres ob-
servantes, Reformati, Discalceati, Recollecti, Ter-
tiarii, vel quocumque alio nomine nuncupati, viventes
sub

Sub Regimine, et directione Ministri Gen. totius Ordinis Minorum, ut patet ex titulo ipsius Constitutionis: Omnes isti obligati sunt ad ejus observantiam.
Dexitas hec suadetur 1. ratione, nam Legibus Benedicti XIIJ rectam Ecclesie gubernationem concernentibus pro toto Orbe Xpiano legitime latis, obligantur omnes Xpi fideles, ut unanimes tenent omnes Catholici: Sed presens Constitutio est pro recta nre Ordinis gubernationi concernenti, respicit spiritualem salutem animarum predictorum: ergo Fratres dicti et mentionati ad suam observationem sunt obligati.

35. Probatur 2°. et precipue loquendo cum Fratribus primam Regulam vere observantibus. In textu nre Evangelice Regule Cap. 1 dicitur Frater Franciscus promittit obedientiam, et reverentiam Dno Pape: Ubi non solum N. S. P. subiecit se, sed etiam omnes Fratres in particulari per speciale votum ad obedientiam, et reverentiam exhibendam Summo Pontifici, seu Supremo Capiti. Ideo N. Scus D. a latus textus exponendo ita inquit: Antonius Clerus, et

A Religiosorum Universitas tenentur Summo Pontifici Aplico Domino obedire: tamen Sanctus hic Pater debito adiecit Votum speciale sciens Voto superveniri, et fortius ligari Ordinis Vinculum, et meritum, geminari: Ergo extra textum Patris Seraphici Regulae, et expositionem Patris Seraph. Magistri, citati Fratres specialiter ad huius Constitutionis observantiam sunt obligati.




36. Sistendo in sent. Marchantis, debemus asserere, Fratrem Minorem non obedientem SS. D. Benedicto XIV mandatis praesentis Constitutionis, tribus titulis deficere: 1. Contra communem obligationem omnium Xphianorum: 2. Contra communem obedientiam omnium Regularium: 3. contra Votum speciale a Nro S.co P.e emissum nomine omnium fratrum praesentium, et futurorum.

37. An praedicti Fratres tam Minores, quam tertiarii obligati sint ad observationem huius Constitutionis sub culpa, vel solum sub poena? Pro maiore claritate supponendum est, quod

quod dantur aliquæ Leges, seu Constitutiones meræ pœnales, quæ ad culpam non obligant, sed ad solam pœnam, transgressoribus taxatum. Ita N. Reinffenstuel tom. 1 lib. 1 Decretal. tit. II de Constitutionibus §. 9. de lege pœnali fol. 85 n. 199. citando pro se Angelicum Præceptorem. 2. 2. q. 189. art. 9. ad 1.am et alios. Ratio est: quia lex, seu Constitutio non obligat ultra mentem Legislatoris: ergo si iste intendat sub sola pœna obligare, hoc V.g. expresse declarando aperte constat, quod talis lex, seu Constitutio solum ad pœnam obligat, et consequenter &c.

38. Confirmatur authoritate Angelici Magistri dicentis in loco citato: In Religione Ordinis Fratrum Prædicatorum, transgressio talis, vel omissio, ex suo genere non obligat ad culpam, neque mortalem, neque venialem, sed solum ad pœnam taxatam sustinendam, quia per hunc modum ad talia observanda obligantur; ergo ex mente Angelici Præceptoris dantur leges, seu Constitutiones solum ad pœnam

o.

obligantes.
39. Si contra hoc insurgas dicendo: Pena correspondet culpe, ut habetur cap. 2. de Constitutione: Ergo si lex, seu Constitutio non obligat ad culpam, non debet pro ea infligi pena. Respondetur distinguendo antecedens: pena correspondet Culpe theologice, vel politice, verum: nessesario theologice, falsum. In tali eventu est culpa politica, et in foro externo quamvis non sit culpa in conscientia. Prima sufficit, ut quis penam substinere debeat, ut colligitur ex mente Angelici Magistri. 2.2. q. 108. Art 4. ad 2um et patet ex Regula 23. n° 6. Pena ipse incurritur sine culpa, quamvis non sine causa: Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.

40 Sed instabis: Semper datur culpa Theologica, saltem ex intentione Legislatoris primarii qui est Deus: Ergo &c.a Respondetur negando assumptum: Et pate instantia procedit in casu, quo Legislator absolute precipit, sic que virtute tota potestate a Deo sibi commissa, iuxta illud Apostoli ad Rom. 13. Non est potestas nisi a Deo: Non vero quando

quando expresse, vel tacite sub sola praecipit paena: nam tunc eius ordinationem Deus non agravat, sed ei se accommodat, sicut faceret si omnino nihil legislator praecipisset.

21. Hoc supposito, ad dubitationem respondetur, praesentem Constitutionem non obligare ad culpam gravem, sed ad paenas in illa impositas, dummodo, in ea non sit mandatum impositum sub paena excomunicationis, vel in virtute sanctae obbedientiae, vel de praesenti Constitutione detur contemptus. Allata Conclusio, vel responsio, quo ad omnes suas partes est conformis Doctrinis Patris Lezana, nostri Vvanden, cap. 6. §. 10. de Constitutionibus, et aliorum.

3

22 Probatur: ut obliget sub culpa gravi, dum praecipitur sub paena Excomunicationis maioris. Gravis paena, qualis est, excomunicationis, solum imponi potest pro culpa gravis ut pote paena debet commensurari cum culpa: Ergo &c. Propterea Lazana affirmat n.º 13. quod si imponeretur excomunicatio maior pro materia omnibus consideratis levi, illa esset, non solum iniusta, sed etiam invalida, ut pote contra Sacros

Cano-

Canones: Ergo &c.a Cornejo, a Lezana, citatus idem sentit.

23. Quod obliget sub mortali dum praecipitur in virtute, S.tae obedientiae suadetur etiam. Praelatus particularis potest iusta subsistente causa, et materiae gravitate, aliquid praecipere sub obedientia, et tali praecepto tenentur subditi sub pecato lethali obedire. Id tenent omnes: Ergo potiori titulo Praelatus universalis, et principalis, qualis est N. SS. P. Benedictus XIIII, potest sua obedientia praecipere, et tali mandato tenentur omnes, et praecipue Fratres Minores, sub mortali obedire, et consequenter &c.a

24 Ultimo dicitur in responsione: Vel de illa non detur contemptus: Utpote si is detur, et formalis est, et deliberatus quamvis sit de re levi, est lethale peccatum. Suadetur authoritate. D. Bernardi lib. de disp. et praecept. cap. 12. Ubi de levioribus praeceptis ait: Non contemni sine crimine. Et sub dit: Porro contemptus in omni specie madatorum pari pondere gravis, et communiter, damnabilis est. Ergo ex mente Divi Bernardi nostra D.o quo ad ultimam partem Colli-

Colligitur, si contemptus est formalis, est deliberatus, quamvis sit de materia levi. Et pote ex eadem imparatur, potestate, qua res gravis: adeo que qui ex contemptus huius potestatis a Deo date, Constitutionem presentem transgreditur, peccat lethaliter. Aliter eveniret si solum ex mere neglegentia, tepiditate, cupiditate, aut alia causa Constitutionem transgrederetur.

25. Dicitur notanter ad culpam gravem non obligare: Et pote ad culpam levem datur obligatio. Suadetur: In sententia Soti, Medina, et aliorum, quos citat, et sequitur Bonacy tract. de legibus q. 3. fol. 28. Lex penalis obligat in conscientia, sub mortali, vel veniali iuxta qualitatem materie, ut pote lex, seu Constitutio est preceptum, et preceptum de sua ratione formali habet semper obligari in conscientia: ergo res precepte in presenti Constitutione, quamvis non sit sub pena excomunicationis, et in virtute S.te obedientie, dummodo sint precepte, saltem sub veniali obligant in conscientia.

26. Nec quod sint precepte sub penis obstat: Et pote per hoc non evaquatur ratio precepti; in precepto Divino, et naturali, hoc patet clare. Deus precepit: Non occides, et

Lex

Lex humana addit: Sub pœna mortis Naturalis; sed hæc additio non tollet præceptum non occidendi: Ergo additio pœnarum in præsenti Constitutione non tollet quod obliget in conscientia.

27. Si dicas: datur Lex pœnalis quæ solum ad pœnam obligat, ut constat ex suppositione antecedenti: Ergo præsens Constitutio dum sub pœnis præcepit, solum sub pœnis obligat. Respondetur concedendo antecedens, et negando consequentiam, utpote Constitutio, quæ sub pœnis, solum obligat, et non sub culpa, est in qua Legislator hoc explicat, ut accidit in Constitutionibus Prædicatorum, non vero ubi hoc non explicatur; et cum hoc eveniat in præsenti Constitutione, inde est quod obligat sub lethali, vel veniali. Quando obliget sub mortali, quando sub veniali, dignoscendum est ex tribus principiis ab omnibus theologis admissis, scilicet, quod ad peccatum lethale tria requiruntur; 1. ex parte intellectus plena advertentia, et deliberatio; 2°. ex parte voluntatis perfectus consensus; 3°. gravitas materiæ; quæ non requiruntur ad veniale; utpote sufficit

fficit semiplena advertentia, et deliberatio cum parvitate materiae: hoc ex dicendis clarius patebit.

## Subsectio Unica

### Ad aliquas percontationes Respondetur.

50. Percontaberis 1°. An nostri Layci comprehensi sint in hac Constitutione? Affirmative respondetur. Probatur 1°. ex verbis ipsius Constitutionis dicentis: Cuiuslibet fratribus, et observantia::: omnes, et singulos Patres, et fratres ordinis huiusmodi similia indulta, seu privilegia habentes::: illis eo ipso privatos, et spoliatos esse declarent: Ergo ex verbis Constitutionis praesentis constat Religiosos Laycos esse in illa comprehensos: ut pote frustra diceretur: Cuiuslibet fratribus ::: omnes, et singulos Patres et fratres.

51. 2°. Quia fratres Layci sunt vere, et proprie Religiosi emittentes tria vota essentialia eisdem, et formalibus verbis, ac emittunt, et professionem faciunt fratres clerici, seu ad chorum

Chorum deputati. Ergo &c. ——

52. Nec contra hoc tenet sidicas, quod apellantur Layci, et sic sunt sæculares, Non tenet inquam, quia quamvis apellentur Layci, non ideo quia sæculares sunt, sed quia ex Instituto non possunt suscipere ordines, nec choro inservire, prout faciant alij Clerici, vt bene notat Bonalos tract. 12. de Conversis, q. 6. n. 5. folio 209 ——

53 Reponitur iterùm 2.º Annon Novitij comprehensi sint in nostra Constitutione? Respondetur negative, Ita Noster Bordon, Donatus, Pasarinus, et alij communiter. 1.º Quia Novitij in ordinis non comprehenduntur sub nomine Regularium: Ergo &c.ª = 2.º Novitij non comprehenduntur sub Constitutione Clementis VIIIJ. de largitione munerum, vt tenet Donatus, nec sub excomunicatione Cap. 2. nec Clerici, vel Monachi: vnde ex vi illius Legis non sunt prohibiti audire Leges, vel Medicinam, vt tenet Bonacina: Nec si inter sint aptatis nominibus Fautorum, sunt excomunicati per Censuram super hoc latam a SS.mo Pio V: nec subduntur legibus latis

spe

C. Specialiter contra Regulares accendentes ad Monasteria Monialium: nec continentur sub Decreto Tridentini Sess. 2. prohibentis Religiosos imprimere Libros sine licentia Prælati Regularis: Nec prohibiti sunt appellare; hæc omnia expresse affirmat Pasarinus cum aliis: Ergo sicut his omnibus non comprehenduntur Novitii, quia pœnalia sunt, similiter, et propter eandem rationem debemus dicere præsentem Constitutionem non comprehendere Nostros Novitios.

52. Percontaberis 3.: An Moniales quæ sunt sub directione, et Jurisdictione N. Ministri Gen. comprehendantur in Constitutione præsenti? Respondetur Negative 1. Noster Portel in Const. Urbani VIII. prohibente privilegia personalia Noster Wandex in Bulla Urbani VIII quæ incipit admonemur affirmant prædictas Bullas non comprehendere Moniales, quamvis sint sub directione Rmi Ministri Gen. rationem assignando, quia in sensu communi, in pœnalibus masculinum non

Non comprehendit Femeninum: sed in praesenti Constitutione loquitur cum Fratribus, et non cum Monialibus, ut consta ex texto: Ergo &c.ª

55. Secundo: Quia Non bene arguitur de Femenino ad Masculinum: Ergo nec de Masculino ad Femeninum, et consequenter de Fratribus ad Moniales. Antecedens sua Dlux: Insent. Cayetani Sanchez, et Aliorum, excomunicantur Moniales cuicumque nubentes, et accipientes illas in uxores, et non extenditur ad Monachos Matrimonium innuentes: Ergo &c.ª

56. In Concilio Tridentino Sess. 25 cap. 18. Excomunicantur omnes, qui cogunt Mulieres in Monasterium ingredere, et habitum sumere, et tamen in sent.ª Suarezi, Bañez, et aliorum non extendit ad eos qui viros cogunt ut in Monasterium intrent: Ergo &c.ª

57. Percontaberis 2.º An praesens Constitutio se extendat ad Fratres subditos R.^mi [...]

Omnium Ministri Generalis &c. Ad Clare respondendum advertendum est, Tertiarios Unos esse in Religione Viventes, tria Vota essentialia voventes sub obedientia Prelatorum, et hi sunt vere et proprie Religiosi: Alios cum Fratribus nostris in Claustris Viventes, et Regulam tertiariorum profitentes, et obsequiis Fratrum deputatos. Et alios esse tertiarios in seculo morantes, et iste status comprehendit tam Viros, quam Mulieres conjugatos, et non conjugatos, observantes Regulam S. P. N. Francisci eis datam, et a SS. Pap. Nicolao IV. confirmatam, et de istis loquitur Nostrum Statutum dum erit, ut provideatur in singulis Conventibus de modo recipiendi, et vivendi tertiarios maxime conjugatos.

58. His animadversis, Respondetur 1. Tertiarios in Religione Viventes, tria Vota essentialia voventes, sub obedientia Ministri Generalis, comprehensos esse in hoc Constitutione. Re-

zitas

Veritas hæc ex titulo ipsius Constitutionis patet: Constitutio pro restituenda, et conservanda in Religione Fratrum minorum de observantia, Reformatorum, Discalceatorum, Recollectorum, Tertiariorum &c.ª 2.º constat ex §. 1. ejusdem Constitutionis: Quibuslibet Fratribus de observantia, Reformatis, Discalceatis, Tertiariis &c. Ergo isti tertiarii in præsenti Constitutione comprehenduntur.

59. Secundo respondetur, alios Tertiarios cum Nostris Fratribus in claustris viventes, et regulam Tertiariorum Nicolai IV. profitentes, et obsequiis Fratrum deputatos, et e contra alios extra claustra, et in sæculo manentes dictam regulam profitentes, non esse inclusos in Const. præsenti. Probatur: quia dicti Tertiarii, ut tenet N. Rodrig., vivendem, et communiter DD. Non sunt vere et proprie Religiosi, neque eorum Religio vere et proprie est, illis loquendo D. Antonius p. 3 Histor. tit. 24.

92. cap. 6. ait: Habent quendam modum vivendi Religiosorum, qui tamen non est completa Religio, obligans ad essentialia Religionis; nam et proprium habent, et possunt habere, et uxorari, maneras sed in praesenti Constitutione loquitur de Regula, et de Religiosis, qui tales sunt vere, et proprie: ergo &c.

60 Secundo: quia poenale non debet extendi ergo &c. 3.o quia si in verbis Tertiariorum Tertiariis alliis, etiam Tertiarii comprehenderentur, non absolute talia verba apponerentur, sed ita: Tertiariorum regularium Tertiariis regularibus, sicut apponuntur in decreto eiusdem Pontificis datto in eodem ~~anno~~ anno die 15 Julii: ergo si ab solutione ad dictamento talis verba apponuntur, sicut maneat apposita, ad solos tertiarios vere, et proprie Regulares deben se extendere, et consequenter &c.

61. Si contra hoc dicas, quod Gregorius VIIII vocat illos Religiosos et modum eorum vivendi Religionem; respondetur quod vox illa Religio improprie sumitur, et

Analogice. Itan Tertiarij de quibus lo-quimur, sunt medij inter saeculares, et Regulares proprie dictos; participant enim de Saecularibus per exclusionem Votorum essentialium: sed quia promittunt, et dovent observantiam Madatorum Dei, necnon satisfacere pro transgressionibus Regulae, participant aliquid de Religione; et sic vocari possunt Regulares non absolute, sed secundum quid, ex quo nihil contra nos sequitur.=

62. Percontaberis 5.° An Religiosi Vagi fugitivi, et Apostatae casu quo haberent aliqua privilegia, personalia, comprehendantur sub hac Constitutione? Affirmative respondetur 1.° quia omnes isti sunt vere, et proprie Religiosi habent quia obligationem servandi obedientiam, Castitatem et paupertatem, et sunt sub obedientia Ministri Generalis. Ita de Bonacina, Vasquez, N.° Jimeno, Perinis, Tamburinus, et Passerinus, qui absolute inquit hanc rem esse certam, et penitus observanda. Ergo &.a=

63. Secundo: Religiosi multorum me

Meritorum et insignis literaturæ ac pietatis non sunt liberi ob hac præsenti Constitutione: Ergo multo minus liberi non sunt homines pluribus demeritis et sceleribus onusti viventes sub obedientia Ministri Generalis. Dicitur casu quo habebant alia privilegia; quia ut dicta sunt excomunicati, et inhabiles ad omnia officia Ordinis, privati que voce activa, et passiva.

62. Respondebis de Tjerchis, et Paleinis. Ad quod casu quo talia privilegia haberent, respondetur ad illos non se extendi præsens Constitutio. Ratio: nam illi non sunt subditi, nec sub directione Ministri Generalis, sed Episcopi, ut constat ex Const.e Urbani VIII, per quam directe eos subjicit Ordinario, et ad hunc finem jubet illico notificari illi expulsionis sententiam; sed præsens Constitutio loquitur cum subditis Ministri Generalis, ut constat ex ipso textu: Ergo &c.a

65. Percontaberis 6.o An Episcopi a sumpta

e nostro Ordine, comparere bene sunt in nostra Constitutione? Ad hoc ut cum claritate fit responsio, supponendum est 1.º Episcopum Regularem gaudere eisdem privilegiis, quibus gaudent Episcopi Seculares excipiendo ea quae ac Vota in Regularibus Episcopis remanent, et Personam comitantur, et sic Episcopi Regulares nequeunt testari, etiam de patrimonialibus absque Papae Speciali Licentia, et etiam tenentur habitum suae Religionis gestare tanquam Signum obligationis suae status, ut tenet Smg.cus Mag.r et cum illo plures alij: caeterum inquantum alia, quae spectant vel ad honorem, praesidentiam et Jurisdictionem Episcopalem aequalia sunt Episcopo Regulari, et Seculari, ut communiter sentiunt D. D. ═══

66. Supponendum est 2.º Episcopum Regularem gaudere privilegijs Ordinis sui compatibilibus cum statu Episcopali. Ita sentiunt plures D. D. 1.º ex illo principio quod ex commutatione Status non amittitur privilegium, quod est

Est compatibile cum Statu: Ergo &c.ª 2.º paritate deducta a Pasern. l. 2.ª 2.ª q. 185 art. 8. Ecclesia Regularis ad Statum sæcularem translata, non amittit Exceptionem et privilegia nisi expresse fuerint sublata; quia propter id Abbatia Regularis fiat sæcularis, remanet exempta, sicut prius: ergo quod conceditur parietibus negandum non est Personis, et consequenter &c.ª

67) Dicitur: compatibilibus cum Statu Episcopali: &c.ª Ut pote sunt aliqua privilegia ad quæ Episcopi capacitatem non habent defectu materiæ: scilicet, quod Mendicantes transire nequeant ad ordinem non Mendicantem, vel alia alicui personarum generi, aut officio alligata, scilicet Lectoribus, Guardianis &c.ª quæ privilegia ad Episcopos non transeunt, neque privilegium recitandi aliquod officium, vel celebrandi aliquam specialem Missam, ut pote tale privilegium est contra obligationem, quam habet Episcopus, ut pote caput conformari

mandus est cum sua Ecclesia.

68. Alia sunt

Concessa privilegia singulis, prout vivunt in Communitate sub obedientia sui Praelati; haec non extenduntur ad Episcopos, ut habere vocem in Capitulo tam passivam quam activam, et sic clatur decretum sacrae Congregationis sub die 2 Aprilis 1650 in quo decernitur, quod Generalis translatus ad Episcopatum nequit se amplius ingerere in negotiis Religionis, et signanter quod non habeat vocem, et suffragium in Generali Capitulo.

69. Si Sermo sit de privilegiis quae Religionibus concessa non sunt, si Episcopi velint, quantur, et concernunt ad salutem animae, et concessa fuerunt singulis Personis nostrae Religionis, neque eorum usus pene necessario ab assistentia in Claustro sub obedientia Praelati, concedenda sunt Episcopis nostri Ordinis. Ratio: quia Episcopi, quamvis abstracti sint a vita Claustrali, non sunt

a

à Religione, cuius Specificus status omnino cum oneribus cum eius officio compossibilibus in eius durat, quæ propter merita Religionis, ob quæ privilegium fuit concessum, Episcopi etiam tanquam de gremio complectitur. Ita discurrunt Palao, Passerinus, et alii.=

)o. His supositis ad percontationem respondetur Negative. Suadetur 1.° Ex principio iam citato, et communiter recepto, odia restringi, et favores debent ampliari: Ergo &c.ª 2.° Ex verbis presentis Constitutionis dicentis: Quævis alia (loquitur de privilegijs) hîc non expressa quibuslibet fratribus de observantia, Reformatis, Discalceatis, Recollectis, Tertiarijs, vel quocunque alio nomine nuncupatis, sub regimine, ac directione Ministri Gen.s dicti Ordinis viventibus; sed Episcopi regulares non sunt sub regimine, et directione dicti Ministri Ergo &c.ª Idem dicitur de Episcopis titularibus et de Cardinalibus: Vt pote etiam insti non sunt sub obedientia R. Ministri Ge-

71. Generalis. —

Respex contra baneg V. An hoc sit verum & Episcopis renuntiantibus suum Episcopatum, et & Cardinalibus & sua Dignitate idem facientibus? Respondetur, quod supposita licentia Summi Pontificis omnino necessaria, ad hoc ut suum effectum habeat renuntiatio, et Episcopus possit ad Monasterium licite transire; adhuc Episcopus non est comprehensus sub hac Constitutione. Ratio: Quia in tali casu non est subditus Ministri Generalis, nec est sub tali directione, sed est sub obedientia, et directione Summi Pontificis, nisi expresse ponatur a Papa sub obedientia Prælatorum Regularium: ideo Ledesma de Statu Episcoporum in fine, tenet praxim Religionum esse ut non recipiant talem Episcopum nisi renuntiet privilegium quod ex dignitate habebat; ad quid ut manet dictum præsens Constitutio solum subditos Ministri Gener. comprehendit: Ergo &c.

12. Loquendo de Cardinali Reddente ad Claustrum de Licentia Papæ cum Palao, Lugo, Paserino, et alijs, Respondetur, esse subobedientia Ministri Gener.lis, et aliorum Prælatorum ordinis nostri, et consequenter comprehensum esse in Constitutione præsenti Statio; dimissio Cardinalatus nihil dignitatis retinet, sed remanet simplex Sacerdos vel Diaconus, sicut antea; proinde non retinet titulum, aut fundamentum Exemptionis Ergo &c.

Repercontabens 2.º Quid

13. dicendum sit de Episcopo Regulari Nostri Ordinis degradato, casu quod haberet aliquod privilegium Personale? Respondetur in tali casu comprehensum esse abrogatione præsenti Statio. Namque per degradationem exuitur omnibus Episcopalibus privilegijs, et hinc ex natura sua reddire ad pristinum suum Statum, ac si nunquam fuisset Episcopus, et consequenter manere sub obedientia Rmi Ministri Gener.lis alias esset vere, et proprie Religiosus, ut pote de Bona

rebus

ribus Religionis supponitur non degradatus:
Ergo &c.

## Sectio 3.

### Spectantia ad primum §. explanantur.

74. Magna utilitas refertur, et non minor necessitas in revocatione privilegiorum personalium; ratione, et experientia comprobatur. Paulus V. anno 1606 multas indulgentias variis concesas Religionibus revocavit propter abusus, et corruptelas. ut inquit Pontifex citatus quæ in usu dictarum indulgentiarum fuerunt ortæ: Ergo si necesaria fuit revocatio indulgentiarum propter abusum, et corruptelas circa Indulgentias ortas, potiori titulo, necesaria est revocatio privilegiorum personalium, propter abusum, et corruptelam in-trusam cum præjuditio Religionis; immo utinam non ita esset, cum dispendio animarum.

75. Secundo:
Quia ex experientia constat, nam inquietudinem, et

Ad rur murmurationem in Religioni ex concessione privilegiorum personalium, videndo adolescens tiores, qui non laboraverunt in Religione, privilegiis munitos Senioribus ante ferri, qui in Religioni portaverunt pondus diei et aestus, ut bene inquit N. Portel. 2a p. cap. 31. fol. 158. in bulla derogativa privilegiorum personalium Urbani VIII. = Idem sentit Peyrinus cum comuni D. D. =

76. Allata inconvenientia prae senti habendo, N. Generale Capitulum Victoriense ann 1682 die 29 Maij, decrevit, quod officiales Curiae tam observantiae, quam Reformatorum, nomine Capituli Generalis supplicationem facerent pro renovatione Constitutionis Urbani VIII, et Clemente X. sup abrogationem privilegiorum personalium. Quarenon fuit facta rationem ignoro: sed de hoc praescindo. =

77. Modo N. SS. et Amus Pater Benedictus XIII augmentum, et perfectionem nostrae

se

22

Seraphicæ Religionis desiderando, motu proprio, et ex certa Scientia, ac matura deliberatione, sequendo vestigia Gregorii XV, Urbani VIII, et Clementis X sic procedit abrogando privilegia personalia sequentibus verbis: Omnia, et quæcumque indulta, seu privilegia personalia, tam ex Ministrorum, ex Commissariorum, sive Commissariorum ex Procuratorum, ex Diffinitorum Generalium, quam ex Ministrorum, ex Custodum, ex Diffinitorum, Provincialium, prout etiam ex Generalium Prædicatorum, atque Lectorum Theologiæ. Supra numerum, necnon apud Parentes, vel Consanguineos, aut alibi extra Claustra habitu retendo degendi, aut in uno Conventu ita determinate commorandi, ut sublata sit Superioribus facultas ad alios Conventus transferendi, et quævis alia hic non expressa:: quovis titulo, prætextu, causa, et ocasione, et ad cujuscumque distantiam, et supplicationem tam a Nobis, et a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, et a quibusvis S. R. C. Congregationibus, quam etiam ab-

ab ipsius Apostolicæ Sedis Nuntijs aut de latere Legatis, ut quibuslibet Ordinis huiusmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra, et præter Regularia Ordinis prædicti statuta, et Apostolicas Constitutiones concessos perpetuo anullamus, revocamus, cassamus, abrogamus, et abolemus, illaque in perpetuum revocata, cassata, abrogata, et aboleta, viribus que, et effectu vacua esse, et fore nemini quevltatenus suffragari, neque deinceps aquoquam concedi posse decernimus: ex quibus verbis claræ constat abrogata esse personalia privilegia assignata; et quæcumque alia, quæ contra, et præter Regularia Ordinis nostri Statuta, et Apostolicas Constitutiones concessa fuerint. quamvis hoc ita clarum, multæ dubitationes oriuntur propterea. ═══

## Subsectio 1.ª

Ad aliquas percontationes responde-tur

78. Percontaberis 1.° An socium concessum aliquibus Religionis Literatis, Senioribus et Migronis per Diffinitorium, concessum, revocatum sit? negative respondetur 1.° quia non revocantur privilegia, quæ sunt iuxta Constitutionem, ut ex ipsa Constitutione apostolica constat: sed Constitutio Segoviensis 1621. facultatem concedit Ministro Provinciali cum Consilio Discretorum designandi socios fratribus, qui senectute, infirmitate, vel occupatione speciali illorum ministerio indigerint: Ergo &c.= Secundo, quia ut bene inquit Perinis, lex naturalis hoc dictat: Ergo &c.= Noster Wanden idem sentit.=

79. Percontaberis 2.° An exceptio chori, vel alicuius actus Communitatis, aliquibus fratribus infirmis, vel occupatis concessa, revocata sint? Etiam negative respondetur: quia hoc est iuxta Constitutionem Barchinonensem dicentem: Fratres omnes, quos causa rationabilis non excusat, ad Chorum conveniant.

idem

Idem dicendum est de alijs actibus Communitatis: sed infirmitas, vel occupatio si haec est vera, et legitima, Nonsolum est Caussa rationabilis, sed rationabilissima: Ergo si revocata non sunt privilegia quae sunt iuxta Constitutionem consequenter, &c.

80. Si contra hoc dicas ex hac, et similibus Concessionibus scandalum oriri: respondetur cum Sexini, et nostro Portel, quod si aliqui de hoc scandalicentur, de hoc scandalo curandum non est, cum sit pharisaeorum: Ergo &c.

81. Percontaberis 3.° Utrum tertius sacrae theologiae Lector comprehensus sit in praesenti revocatione? Ratio dubitandi oritur ex verbis huius Constitutionis dicentis: Atque Lectorum theologiae supranumerarium; sed tertius theologiae Lector supra numerum videtur: ut pote Romanum Statutum ann. 1612 ita ait Nullum autem sacrae theologiae Auditorium plures quam duos Lectores: Ergo &c.

82. Respondetur cum distinctione; quod si talis tertius Lec-

Lector non institutus sit a Generali Prelato, comprehensus est in presenti Constitutione, ut pote electus contra Romanam Constitutionem anni 1700 dicentem: Insistendo ex Statuto Vallisoletano 1664. decernitur, quod in Conventibus, in quibus permittitur tertius Lector, hujusmodi Lector nullatenus institui possit nisi per Generalem: Ergo: supradictus Lector institutus non est a Generali Prelato, ut pote electus contra Constitutionem, comprehensus est in Constitutione presenti:

83. Si vero talis Lector electus sit a Generali Prelato, inclusus, et comprehensus non est: quia quamvis Statutum citatum dicat: nullum Sacre theologie Studium plures quam duos Lectores habeat, addit, nisi tertium ob pregnans causas Minister, aut Commissarius Generalis voluerit instituere: Ergo si talis electio a Prelato Generali sit, talis Lector iuxta Constitutionem est, et

85

Et consequenter. Dp.a

82. Percontaberis 2.º An quartus Lector, qui est in Nostro Venturino Collegio in presenti Constitutione comprehensus sit? Ratio dubitandi fundatur in Constitutionum dicto Cap. Gen. 1700 n.º 15. Ubi hoc habetur: Cum experientia doceat, Fratres Studentes, qui sunt obligati ad chori, et Conventus servitia, non posse proficere, audiendo, quotidie Quatuor Lectiones theologie, et introductus sit abusus habendi quatuor hujus modi, Lectores sit magis ad commodum personale Lectorum, quam discipulorum profectum, Venovatur, et ad Utranque familiam extenditur Statutum Romanum 1688 tit pro Cismontanis n.º 22. quo cassantur, et annullantur omnes quarti Lectores: Ergo Quartus Lector expresse prohibitus est, et consequenter non iuxta Constitutionem, sed potius contra: et consequenter. Dt=

85. &a

Respondetur negative V. quia quod annullatur solum, est id quod non est iuxta Statutum Generale, vel Prov. ut postea (Deo fa-vente) constabit; sed quartus Lector predicti Collegij est iuxta Statum Prov. ann. 1678. confirmatum per Specialem Bullam N. SS. P. Innocentij XJ ann. 1685. Ergo non bene dicitur predictum Lectorem contra Constitutionem esse: et consequenter &a:=

86. Secundo: quia abrogata privilegia in Constitutione presenti sunt privilegia personalia; omnia, et quecumque indulta, seu privilegia personalia; sed quod sit Quartus Lector in citato Collegio, personale privilegium non est sed locale, ut pote locale privilegium, ut sentiunt Salmaticenses cum comm. D.D. tom. 2 Tract. 18. de Privilegijs Cap. 1. punt. 3. folio 395 N. 36. et quod Ecclesie, Collegio Hospitali, est concessum: sed quartus Lector

con

Concessus est Collegio, vt constat ex Innocentina Constitutione citata dicente: Conformiter ad Statuta Collegij statuimus quod sint quatuor Lectores: Ergo &c.a

87. Percontaberis 5.° An revocata sit gratia, seu titulus Prædicatoris concessus aliquibus Fratribus, qui tribus annis continuis sacræ theologiæ operam non dederunt? Respondetur negatiue 1.° quia talis gratia contra Constitutionem non est: vt pote ita ait Prædicatores, instituí non possint Fratres aliarum Provinciarum, nec qui tribus annis continuis sacræ theologiæ non navaberint, nisi Capitulum Provinciæ ipsos sufficientes iudicaverit: Ergo supposita sufficientia, a Capitulo Provinciali approbata, talis gratia revocata nō est, vt pote non contra, sed iuxta Constitutionem concessa est.=

88. Si vero sine sufficientia, (quod præsumendum-

-dum non est) concessum sit solum titulum Præ-
dicatoris, et non Licentia prædicandi (meo videri)
tale titulus non est Revocatum: 1º quia ex hac
Concessione non sequitur inconveniens relaxatio-
nis insinuatus a N. SS. P. Benedicto, omni-
nem quillius relaxationis tam præcludi sum-
mopere optamus: Ergo &ª. 2º quia talis gratia
solum est nominalis; sed de gratia nominali in
revocatione præsenti mentio non fit: Ergo &ª. 3º
quia ut constat ex illo principio, parum pro nihilo
reputatur, sed talis titulus potius est nihil, quam
aliquid. Ergo &ª.

89. Percontaberis 6º. De privilegiis
concessis prædicatoribus, qui dicuntur Generales?
Ante responsionem supponendum est in Tracg-
litano Capº. ann. 1700 die 26 Maij, pro hac
nostra Cismontana Familia determinatum fuisse,
quod Prædicatores, qui per Duodecim annos præ-
dicatione actuali Conventus vaccaverint, sequen-
tia

tia: Dummodo per tres Continuos annos praedicando Quadragesimam in uno ex duabus, vel tribus Conventibus primi, alioribus assignandis ab una quaque Provincia in primo Deffinitorio, celebrando post harum publicationem Praedicatores Generales denominentur, et sint tanquam si Praedicatores actuales, sive Conventuales exstiterint: obtentis tamen prius declaratoriis litteris Superioris Familiae: qui eas sub nullitate actus, expedire non poterit, nisi prius ipsi constiterit, de supramemoratis conditionibus per atestationes iuratas Guardiani, et Discretorum Conventuum, et Deffinitoris Prov^l. servata in omnibus forma consueta in attestationibus pro iubilatione Lectorum. =

9o. Hoc supposito respondetur, Privilegia concessa istis Praedicatoribus cum allatis circunstantiis, revocata non esset

t.

1.º quia talia privilegia sunt realia, et non personalia; sed revocatio Lo. quitur de privilegiis personalibus: Ergo &a: quale sit privilegium reale postea constabit. = 2.º quia quamvis essent personalia talia privilegia, essent concessa iusta statuta: sed concessa iusta statuta non revocatur, ut manet dictum: Ergo &a. =

91. Reperconta berio:

Quid intelligatur quando dicitur in statuto ci-tato: praedicando Quadragessimam in uno ex duobus vel tribus Conventibus &c.? Pro respon-sione supponitur 1.º quod ly Quadragessimam potest summi dupliciter: 1.º pro praedicatione in omnibus diebus quadragesimae. 2.º pro praedicatione in tribus diebus, vel in tribus sexiis quadragesimae. =

92. Supponitur 2.º Capitulo Generali toletano ann. 1633. ut Praedicatores post tot labores non solum spiritualem mercedem, sed etiam

etiam aliquam temporalem reciperent, sequentia determinata fuisse: Predicatores, qui quindecim annis quadragesimam, et adventum in magnis, et precipuis Ecclesiis (auditio capituli, et nominandi in tabula) predicaverint presedentiam obtinebunt post eos, quibus de iure presedentiam competit.=

93. His suppositis ad repercontationem respondetur, quod per Quadragesimam predicatio intelligitur in tribus feriis vel in diebus consuetis, et non requirit ad hoc ut verificetur statum, quod sit in omnibus Quadragesime diebus. 1.° quia predicatio est quid laboriosum, et penale, et sic non est extendenda; 2.° quia predicando in allatis diebus, et non in omnibus, vere, et proprie verificatur predicatio Quadragesime; sed hoc est, quod exigitur in statuto: Ergo &a.= Major probatur de ieiunante dies feriales, et non Dominicales, quadragesime, vere dicitur ieiunare quadragesimam; sed dies Dominicales, ut constat ex cap. Quadragesima

-sima & consecrat. Sunt dies quadragesimales, et illos non Jeiunat: Ergo ad hoc vt cum veritate ve-rificetur praedicatio quadragesimae non requiritur in omnibus diebus praedicatio.

94. 3.° qua mutatis

Statuto Toletano supra 2.° praecipitur in prae cuju-ij Ecclesijs praedicatio in adventu et Quadra-gesima, qui quindecim annis quadragesimam, et Adventum praedicaverint: sed in nulla Eccle-sia praedicatio Adventus est in omnibus diebus: Ergo ad hoc vt pro prie dicatur praedicatio Qua-dragesimae non exigitur, quod sit in omnibus die-bus sicut non requiritur in praedicatione Adven-tus.

95 Percontaberis 7.° Quid dicendum sit de privilegijs concessis Lectoribus Jubilatis? Ante Responsionem suponitur 1.° Lectores Jubilatos iuxta nra Statuta esse, qui per tres annos integros cursum philosophicum, sive in seculo, sive in Religione legerint, ac deinde per duo decim con-tinuos annos sacram Theologiam docuerint, vel si-

si, non Lecto cursus physici, per quin decem annos theologiam dogmaticam, vel Scholasticam docuerint. qui quidem anni debent esse completi, ita ut in illis non habeat locum Communis interpretatio: Inceptum pro completo habeatur, taliter quod in Capitulo Romano ann. 1651. determinatum fuit, quod nec quidem Minister Gen. dispensandi facultatem habeat, vel Supplendi numerum annorum requisitum ad iubilationem, In Capitulo toletano ann. 1633. cautum fuit, quod praedictus numerus annorum ad Jubilationem determinatus non possit compensari per hoc quod bis in die legat quis, ita ut tali praetextu annus unus possit computari pro duobus.

96. Privilegia horum Lectorum cum allatis circumstantiis, iuxta nostra Statuta, sunt Praesedentia ad omnes, qui non fuerunt ex Diffinitores, et voce passiva, et activa in omnibus Capitulis Provincialibus, sed non absolute, sed cum limitatione sequenti, ut pro singulis sacrae theologiae Studiis,

duo

duo Lectores jubilati cum voce activa, et passiva sint; Ceteri autem Lectores Jubilati iam a Deffinitorio declarati, quamvis non habeant vocem passivam, et activam in Capitulis predictis, precedentiam, et Ceteras prerogativas Lectorum Jubilatorum possident.

97. Supponitur 2.° N. SS. P.P. Innocentium XI die V Nobembris ann. 1679. In Bulla, que incipit: Exponi Nobis concesisse Lectoribus Jubilatis cum circunstantiis antecedentibus, Ordinis Minorum de observ.ª omnes prerogativas, preheminentias, privilegia, et gratias, quibus alii Regulares Doctores Artium, et in sacra theologia Magistri fruuntur, sequentibus verbis: omnibus et singulis memorati Ordinis S. Francisci de observantia Lectoribus Jubilatis presentibus, et futuris, ut quascumque Literas per officium Penitentiarie Appostolice huiusmodi pro tempore expeditas, que Doctoribus Artium seu Magistris in Sacra theologia directe fuerint recipere

aperire et juxta illarum formam, et thenorem executioni mandare necnon quo ad alias functiones Ecclesiasticas, et Literarias quas libet, omnibus et singulis prerrogativis preheminentiis, privilegiis, gratiis, et indultis quibus fratres expresse professi aliorum Ordinum, Doctores artium, et in sacra theologia Magistri, tam de Iure, usu, et consuetudine, quam alias quo modo libet Vtuntur, fruuntur, et gaudent, ac Vti frui, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, parimodo Vti frui, et gaudere libera licite, et valide possint, et Valeant, authoritate Apostca thenore presentium concedimus, et indulgemus.

98. His suppositis 1.º Respondetur, privilegium Lectoribus Iubilatis concessum quo ad presedentiam (de Voce activa, et passiva, in Capitulis Provincialibus suo loco dixit sermo) Vevocatum non esse per presentem Costitutionem 1.º Privilegia abrogata esse, ut manet dictum, illa

quae contra, et praeter Regularia Ordinis nostri-
que Statuta, et Ap.^cas Constitutiones, concessa sunt,
sed privilegium praesidentiae dictae non est contra,
sed iuxta Statuta nri Ordinis: Ergo &a. ==

99. Secundo respondetur Privilegia conces-
sa, a N. SS. P. Innocentio XI: in secunda
suppositione apposita, quamvis non sint iuxta Sta-
tuta concessa, atamen in praesenti revocata
non sunt. Ratio: Privilegia revocata sunt pri-
vilegia personalia, quae contra, et praeter Statuta
concessa; sed mentionata privilegia, quamvis
non sint iuxta Statuta, personalia non sunt,
sed realia; sed in poenalibus non datur extensio: —
Ergo &a. ==

100. Quod non sint personalia patet: quia
privilegium personale, ut tenet cum communi The-
ologum, novissimus Rotarius tom. 3. lib. 3. de
Praelaturis et officiis Cap. 5. de privileg. 2 illud,
quod sequitur personam, et respicit privatum
com

Commodum illius. Reale quod conceditur Personae ratione rei, seu qualitatis in eo inventae: v.g. quia Magister, Lector Jub.s; sed citata privilegia concessa sunt quia Jubilati, ut constat ex ipsa Innocentiana Constit.e ergo etc.

## Sub Sectio II.

## Ad caeteras percontationes fit satis.

101. Percontaberis 1.º An revocatione licentiarum commorandi apud Parentes, vel Consanguineos, aut alibi extra claustra habitu retento, aut in uno Conv.tu ita determinate vivendi, ut sublata sit Superioribus facultas ad alios Conv.tus transferendi, revocata sit licentia illorum, de quorum assistentia in talibus Locis, vel Conventibus, pendet manutentio, et sustentatio suorum Pa-

parentum, aut Consanguineorum?

102. Respondetur cum distinctione, scilicet, quod si ex tali Sexistentia, aut ex eo quod sit in tali loco, vel Conventu dependeat alimentum, et subsidium suorum Parentum, taliter ut sine illis sint Parentes in extrema necessitate: quod ut bene inquit N. Portel verb. Parentes fratrum nunquam, aut raro dari potest: in tali eventu obtentae licentiae non anullantur. Ratio: quia praeceptum Juris Naturae, et Divini, in extrema necessitate, praeheminet omni voto, et vinculo: Ergo &a =

103.- Confirmatur: Quia lex non jurandi non obligat, nec est lex in extrema necessitate, ut ab omnibus theologis affirmitur: Ergo potiori titulo constitutio praesens in assignato casu. Ita discurrunt in simili casu N. Miranda tom. 1. q. 26. art. 11. = N. Cordova in cap. 2. Regulae q. 6. = Perinis. tom. 1. q. 1. et alij plures. =

104. Dicitur in extreme necessitate, nam si Parentes

Parentes tantum sint ingravi, sequendo doctrinam Lesij Nro Herrinx Rodriguez, et Miranda, debemus dicere Religiosos quorum Parentes sunt solum in gravi necessitate, esse comprehensos in revocatione presenti. Ratio: quia tales Religiosi in allato casu solum tenentur subvenire suis Parentibus modo illis de Iure possibili, seu alias licito iuxta suum Statum in quo sunt, sed talis Status est obedientiæ, et ratione illius transeunt in potestatem Prælati, ita ut mortui Religiosi seculo reputentur: Ergo solum cum obedientia, et beneplacito Prælati possunt et debent suos Parentes succurrere per medios licitos, et suæ regulæ, et professioni non contrarios. =

105. Confirmatur 1°. Non debet coniugatus causa succurrendi Parentibus, relicta uxore, eis cohabitare; nec Clericus pro relevanda magna Parentum necessitate fieri Miles, aut vile exercere officium, quamvis eo solomodo Parentibus subvenire

va

Valeat, eo quod Status non patiatur, sed multitum patitur Religiosorum Status, ex perentium Licentiarum: Ergo tia teste, ex vi tatium Licentiarum: Ergo in casu dicto sunt revocatae. Confirmatur 2.°

106. Quia contrarium sentire, et affirmare est valde periculosum, et multis scandalis plenum: Ut pote aliqui inobedientiae parum radicatae proniunt, ea opinione fundati facilitar praecipitio collidere, ut bene inquit N. Rodriguez in simili casu.

107. An dicta extendenda sint ad Parentes Religiosos habentes in necessitate filios? Affirmative respondetur cum communi theologorum; quia ut bene inquit Sanchez, non minor incumbit Parentibus obligatio, et cura filiorum, quam filiis respectu Parentum: Ergo si ad filios non se extendit praesens constitutio in dictis circunstantiis, etiam ad Parentes non extendi debet, ut pote militat eadem ratio.

108. An dicta se exten-

tendam in casu quo Consanguinei sunt in extrema necessitate: v.g. Soror ingravi periculo constituta ob necessitatem perdendi pudicitiam, aut Virginitatem? Negative respondetur, cum Sanchez, Perinus, Cordova, et multi alii, quia eos alere non tenetur Religiosus: Ergo &c.ª Esset tamen iusta Causa petendi novam Licentiam à N. SS. P. Benedicto, remanendi, maxime si ob inopiam versatur in gravi pudicitiae periculo. Similes dispensationes servidisse refert Cordova in summa q. 121. art. 2.

10. Percontaberis 2.º An praesens Constitutio comprehendat Religiosum Patrem, qui est in domo suorum filiorum? Videtur, quod non, ut pote praesens Constitutio ait, hec non apud Parentes, et cum sit penalis non debet extendi. Affirmative tamen respondetur, quia quamvis dicat: hec non apud Parentes, etiam dicit: vel consanguineos: Ergo quamvis Religiosus Pater comprehensus non

Non sit in clausula apud Parentes inclusus est in clausula: vel Consanguineos: Ut pote filij vere, et proprie suorum Parentum consanguinei sunt: Ergo &c.ª

110. Percontaberis 3.º

An praesens Constitutio Religiosum comprehendat, qui licentiam videndi in tali loco obtinuit, in quo adquisivit salutem deperditam, et non in illo permanendo, texte experientia, iterum illam deperdit, et in iudicio Physicorum talis permanentia iudicatur necessaria ad conservandam salutem?

111. Respondetur, quod in tali casu, cum allatis circunstantijs et quod non sit necessaria in alijs Conventibus sua assistentia, ad Religiosis ibi commorantibus, vel ad obsucurrendum in tali Monasterio necessaria, comprehensa in tali Monasterio necessaria, comprehensa... 

et ideo Lex subiacet necessitati, et necessitas facit Licitum quod a Iure non est Licitum: Ergo &ª = 2.º quia conservatio vitæ, et salutis est de Iure naturæ: Ergo Lex Ecclesiastica qualis est præsens Constitutio in tali eventu non obligat = 3.º Quia ut manet dictum n.º 13. in hac Constitutione etiam datur Locus Epicheiæ, quod in præsenti verificatur, utpote esset onerosa, et difficilis in observatione: Ergo &ª =

112. Dicitur 1.º in responsione: in talis casu cum allatis circumstantiis quia sine illis datur obligatio observandi illam, utpote cessat necessitas, et allegatæ rationes vim non habent In his, et similibus casibus sæpius amor proprius, et inordinatus nos fallit, et sic Patres amantissimi, in mente habeamus descriptionem veræ obedientiæ depictam à nostro S. P. Cap. 6. illius vitæ teste D. Bonav. Tolle Corpus exanime, et ubi placuerit pone,

vi-

Videbis non repugnare motum, non murmurare citum, reclamare dimissum::: Sic verus obediens est qui cum moveatur non dijudicat, ubi locetur non curat, ubi trans mutetur non instant. = Iterum dico; hæc ver ba inmente retineamus, et sic multæ necessitates cesabunt. =

113 Dicitur 2.º Et quod non sit necesaria sua assistentia ad sucurrendum Religiosis in aliis Conventibus existentibus, v.g. tempore pestis: quia in tali eventu tenetur obedire Prælato, et transire ad Conventum assignatum. Ratio est: Quia Superior potest præcipere omnes illos actus exteriores ad communem illud bonum necessarios cuius curam gerit, et subditi tenentur obedire etiam cum periculo vitæ: Sicut Rex potest præcipere suis Ministris præliationem pro defensione Civitatis, ubi semper est periculum vitæ, et ministri, seu Milites tenentur obedire: Ergo in tali casu non

non stat excusatio, et presens Constitutio illum comprehendit, quamvis sit in circumstantijs appositis, et timeatur perditio Salutis. Pro hoc stant NN. Bordon, Suarez, Pereirij, et Pellizarius, N. Rodriguez tom. 3. q. regular. q. 31. art. 1. loquendo de assistentia infirmorum inquit: Minime in hoc licet dubitare, cum in Nostra Regula contineatur, et omnibus precipiatur, ut ministrent fratribus infirmis sicut velent sibi serviri: Ergo &a. =

112. Percontaberis 2°. An comprehensus sit Religiosus, qui licentiam obtinuit permanendi in tali Loco, vel Civitate in qua plures Nostre Religionis Conventus sunt, ut accidit in hac Civitate Hispalensi? Oritur ratio dubitandi; quia in Constit.e presenti dicitur: Aut in uno Conventu ita determinate commorandi, ut sublata sit &a: sed qui habet licentiam permanendi in hac Civitate illam non habet morandi, in uno determinate Conventu

hu-

huius Civitatis: Ergo &c.=

115. Respondetur, quod quamvis non sit comprehensus per clausulas citatas, est inclusus per sequentes: aut alibi extra Claustra habitu detento agendi: Ergo quamvis sit liber ab observatione quo ad unam par-tem exceptus non est quo ad aliam, et consequenter &c.=

116. Percontaberis 5.º An revocata sint privilegia personalia concessa a Prelato cum Diffinitorio? et Capitulo? Negative respondetur cum Nro Portel in resp. casuum moralium p. 2. Cas. 31. = Probatur: Constitutio presens revocat privilegia personalia concessa a Romanis Pontificibus, a Congregationibus, Cardinalium, a Nuntiis Apostolice Sedis, aut de Latere Legatis, et a cuius libet nostri Ordinis Superioribus, sed non exprimit, nec prohibet privilegia concessa per Definitorium, et Capitulum: Ergo ad illam non debemus extendere prohibitionem. Mayor consta ex textu, Constitutionis. Mi-

Minor. liquet, et consequentia sequitur, vt pote
Lex odiosa restringenda est 2.º a quo sunt ɛta
Statuta saltem Prov.ᵉ ... 8.ª =

117. Nec valet si dicas
revocata esse privilegia Concessa per Supe-
riores, et Superiores esse Caput Deffinitorij
et Capituli. Non valet inquam, quia quamvis
sint Deffinitorij et Capituli caput atamen
non sunt ipsum Capitulum, vel Deffinitori-
um: Ergo semper vrget ratio dicta. etiam
pro hoc stat et idem sentit Pelizius in addic-
tamento Constit. cit. Vrbani VIII cap. 12 fol.
395. N.º 2. =

118. Si iterum dicas quod Constitutio præ-
sens revocat omnia privilegia personalia quæ
contra, et præter regularia Ordinis Statuta, et Ap.cas
Constitutiones concessa sunt; sed Statuta Prov.ᵉ Or-
dinis Statuta non sunt: Ergo revocantur privi-
legia Concessa quamvis sint contra Statuta
Prov.ᵉ. Non valet etiam hoc secundum dictum
vt pote in favorabilibus, sub nomine Ordinis, in-
telli-

telligitur Nomen Prov. 2°. si hoc non ita esset, poneretur particula totius Ordinis, sed non ponitur: Ergo &c. = 3°. quia privilegia concessa immota Statuta Cismontanæ Familiæ. v.g. non revocatur per præsentem Constitutionem in dicta Familia, ut certum est; sed Statuta totius præd. dictæ Familiæ non sunt Statuta totius Ordinis: Ergo quamvis Statuta Provinciæ non sint totius Ordinis, non arguitur, ex hoc quod revocata sint. Citatus Perinus, cum Portel in allegata bulla Urbani VIII. per 4 Ordinis intelligit etiam omnem Provinciam: Ergo &c.

119. In præsenti Constitutione, ut ex ipsa constat, sequens exceptio apponitur: Charissimorum in Xpto, filiorum nostrorum Regis Romanorum Imperatorem electi, ac aliorum Regum theologis, Concionatoribus, et Confessariis actualibus exceptis. Propterea per contextus 6°. in hac exceptione intelligantur excepti etiam in ista exceptione Concionatores, et Confessarii actuales Reginarum

rum, filiorum, vel filiarum Regum Du-
cisorum, ac Comitorum, et Marchionum ab-
solutorum? Affirmative respondetur cum
Nro. Rodriguez, Bordon, Melfis, et alijs
supra Constitutionem S. Pij V. quæ incipit:
Regularium Personarum. et Gregorij XIIIj.
quæ incipit Ubi gratia. Ratio est, quia sub no-
mine Regum etiam Reginæ, filij et filiæ
earum intelliguntur: Ergo si sunt excepti Concio-
natores, et Confessarij Regum in præsenti Con-
stitutione etiam debent esse excempti Confe-
sarij, et Concionatores, Reginarum, et filio-
rum, vel filiarum earum.

120. 2°. quia ista
exceptio est quid favorabile: Ergo non stricte.
sed latte interpretanda est. 3°. quia ut be-
ne inquid N. Anacletus Rein festuel lib.
1. Decretal. tom. 1° fol. 139. loquendo de
privilegio Principi concesso, ait: ampliam in-
terpretationem meretur: Ergo si amplia, non
stricta, et consequenter &a.

121. Sequendo Doc-
tri-

tinam Pellezarij, possumus dicere, et exten-
dere Responsionem, etiam in filiis Regum
nuptis sunt iuxta in senioribus: Vt pote in tali
eventu adsunt vere et proprie filiae Regum,
et sic &c.a

122. Quod sint etiam seclusi, et
excempti in hac Constitutione Confessarij, et
Praedicatores Ducorum, et Marchionisorum, ab-
solutorum, liquet, vt pote isti habent splendo-
rem, et dignitatem Regalem, et solum in nomi-
ne, Reges non sunt: Ergo in favorabilibus
Nomine Regum includuntur et consequenter
&c.a Dicitur Absolutorum, sicut sunt,
Duxess. Parmae, Moscoviae, Sabaudiae, et
alij similes, non vero excluduntur Confessarij
et Praedicatores aliorum Minorum, sicut sunt
in Hyspania Domini Duces de Infantado,
Medina Sydonia, Ossuna, et alij similes.

123. Percontaberis 7.o An revocatur pri-
vilegium manendi in domo Parentum non ab-
solutum, sed limitatum? Respondetur, quod si-

Si talis limitatio ita brevis sit, ut paucos dies contineat, non est revocatum, ut pote parum pro nihilo reputatur. Si vero non ita brevis sit, sed maius temporis spatium contineat, et ex hoc nullum scandalum oriatur adhuc non est annullatum tale privilegium. Quia ex eo quod sit talis licentia limitata, est licentia secundum quid, ut tenet Rotarius tom. 3. = lib. 1. cap. 1. folio 25. sed de secundum quid, ad simpliciter non recte arguitur: Ergo quamvis revocetur illa licentia, quae est simpliciter, qualis est absoluta, non revocatur illa, quae solum est secundum quid, qualis est limitata. =

124 Teconta deris 8°. An privilegia spiritualia personalia, v.g. indulgentiarum vel absolutionis a reservatis revocata sint? Negative, respondetur 1° quia de istis non verificantur inconvenientia allata in Constitutione: Ergo &c. = 2° quia revelatio loquitur de privilegiis temporalibus, ut ex ipsa constitutione: Ergo non est extendenda ad spiritualia.

alia

125. a Ma: Et consequenter &c. 38

Ler. conta benef.

9.° An revocata maneant privilegia personalia remuneratoria? Ambigui. AA tenent privilegia remuneratoria non aliter revocabilia esse, nisi in casibus magnæ et publicæ necessitatis et cum debita compensatione: Ergo casu quo dentur aliqua privilegia personalia concessa Religiosis propter labores, et obsequia, ista sine debita compensatione et solum in casu magnæ et publicæ necessitatis revocata sunt, et consequenter, cum in præsenti Constitutione nulla compensatio detur, per illam privilegia remuneratoria revocata non sunt, in sententia horum DD.

126. Ad perfectam intelligentiam responsionis annotatur, privilegia remuneratoria esse in duplici differentia, alia remuneratoria exquisita, alia remuneratoria ex gratia: Illa sunt remuneratoria exquisita, quan

Quando merita ob quae concessa sunt, dant privilegiato ius agendi, et actionem implorandi officium Iudicij pro meritorum satisfactione: ut in servitijs, et laboribus militis in bello libere praeliantij.

127. Privilegia Remuneratoria ex gratia sunt quae dantur ob obsequia, vel servitia ex alijs titulis iam debitam vel certe ita liberaliter exhibita, ut nullum pactum, neque implicitum habeant, quia aliunde a Superiore praestolantur et quamvis ex gratitudine, et benignitate illorum Concessa, Superior privilegia concedat tales Remuneratio est, non ex aliquo debito iustitiae, sed gratitudinis, benevolentiae, et liberalitatis.

128. Hoc annotato, R. Respondetur, quod si darentur aliqua privilegia personalia alicui Religioso concessa, quae essent Remuneratoria ex iustitia, talia non essent Revocata: Ut pote in praesenti Constitutione nulla recompensatio invenitur, ut iam manet dic-

Dictum: sed ista in communi sententia ad talem revocationem, requiritur: Ergo &c.ª

129. Dicitur: Si darentur aliqua privilegia remuneratoria ex iustitia, quod est valde difficile in nostra Relig.e, vt potè quamvis aliqua essent obsequia a Religioso exhibita, que excederent limites, vt sunt maximi labores in predicationibus infidelium cum maximo (labores in predicationibus) periculo vite: atamen talia opera debent fieri ex amore Dei, et proximi, gratiose, et voluntarie, non retributionem à solo Deo spectando, non a Romano Pontifice, vel ab alio Prelato inferiori: Ergo non dant eis talia obsequia agendi contra illos, neque ex iustitia aliquid ab eis postulandi, et sic privilegia ob talia merita concessa remuneratoria ex gratia, et non ex iustitia nominantur.

130. Respondetur 2.º quod si dantur aliqua privilegia personalia remuneratoria ex gratia, ista per Constitutionem pre sentem

ma

manent revocata. V. qui concedens privilegia ex gratitudine, non presumitur se velle obligare ex iustitia ad compensationem, si alla revocat, nisi solum ex eadem gratia, et gratitudine, ut tenent communiter D.D.: Ergo quavis non detur compensatio, in presenti revocatione, manent per illam revocata personalia privilegia etiam si sint remuneratoria ex gratia: 2°. quia ut constat ex presenti Constit. datur causa respiciens bonum commune Religionis, et movens ad revocationem: Ergo quanvis exigeretur causa ad revocationem talium privilegiorum, ita etiam datur, scilicet per cludendi viam relexationis, et sic. &c.

131. Percontaberis 10: An si darentur aliqua privilegia personalia clausula ut revocari non possint nisi de eis expressa mentio fiat, sint in presenti revocatione annullata; Affirmative respondetur: quia quamvis necessaria sit appositio talis clausule in illa aposita est, ut postea in suo loco constabit.

per

132. Perconta beris 11º. An privilegia personalia per Vivæ Vocis Oracula concessa, sint in præsenti revocata? Videtur quod non: quia in sententia Pelliza-rii sess. 1. q. 19. Lezane tom. 1. cap. 3. Donati, tract. 15 q. 19. et aliorum, privilegia Vivæ Vocis concessa non revocantur nisi de illis mentio fiat, et addatur ore tenus concessa ut patet in conditioni re-vocatione talis sit facienda, sed in hac revocatione talis mentio non fit, nec talis addictio reperitur: Ergo-

Rº. — Resp. tamen negando quod expressa men-tionem fiat ut patet ex ipsa Constit.ne n.º 12. —

133. Percontaberis 12º. quid explicetur et inclu-datur in sequentibus clausulis: Mandantes pro-pterea in virtute Sanctæ obbedientiæ, et sub excomu-nicationis, privationisque suorum officiorum ac-vocis activæ, et passivæ, et pœnis eo ipso incurren-dis, dilectis filiis Ministro, et Comissariis Generalibus, ac Ministris Provincialibus, Custodi-bus, aliisque eiusdem Ordinis Superioribus, ut quam primum præsentes nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes et singulos Patres, et fratres Ordinis huiusmodi, similia indulta,

sive

Sive Privilegia habentes, etiam si a Nobis, vel a Praedecessoribus praedictis, non completo, vel complendo integro tempore Studiorum, ex quibus illa sumere praetendunt dispensationem, quoquo modo obtinuissent, illis eo ipso privatos esse declarent, et spoliatos, nec quemquam eis in posterum uti sinant et permittant? Respondetur, quod includitur poena excomunicationis, et privationis Studiorum ac Vocis activae, et passivae contra Praelatos non adimplentes quod in illis praecipitur.

132 Ad maiorem claritatem respondeatur in V. An excomunicatio sit latae, vel ferendae? Respondetur esse latam utpote imponitur sequentibus Verbis: Mandantes::: poenis eo ipso incurrendis. sed tales, et similes clausulae explicant excommunicationem latam, ut tenent, Sanches lib. 6. in Decalog Cap. 16. n. 98 Cap. 17. n. 2. et Suarez lib. 9. de Matrim. disp. 30. n 2. Novissimus Urigadt trat. de Censur. fol. 575. et N. Anacletus, Reinfeshul tom. 5. in iure Canon. lib. 5. Decret. tit. 30.

To. de sentent.ª § 2. de Excomunicat. fol. 325,
n. 78. cum communi Theologorum: Ergo &c.ª

135 Respondebis 2.º An Praelati incurrentes in allata excomunicatione sint vitandi ante sententiam Judicij? Respondetur negative. Ratio: quia quamvis olim omnes omnino excomunicati fuisse vitandi, ita vt qui publice noscerentur excomunicati, publice vitarentur, privatim vero, qui privati noscerentur excomunicati; vt constat ex cap. Cum non ab homine; de sent. excom. = Modo tamen ex moderatione Concilij Constantiensis, relata à S. Antonio à Soto et ab alijs, nulli excomunicati sunt vitandi in perceptione, et administratione Sacramentorum, ac divinis officijs, quam etiam alijs quibuscunque, nisi sint specialiter, seu nominatim denuntiati, aut publicati, sive per cedulam loco publico affixam, sive per denuntiationem publicè factam: Exceptis tamen Clericorum percussoribus, ita notorijs, vt factum nulla tergiversatione posse celari

ce Maxi, aut Curiari, quod raro accidit; vt bene inquit Diana cum alijs p. 5. trat. 9 resol. 61. Ergo Prælati incurrentes inallata excommunicatione, dum non sint denuntiati, et publicati, quamvis excommunicati non sunt vitandi. =
136. Reperconta beris 3°. quid requiratur ad hoc vt sint declarati & nominatim excomunicati? Respondetur, Non sufficere, quod declarentur per sententiam, ipso non observare, quod in præsenti Constit. illis præcipitur sed requiritur, quod cum nominibus expressis declarantur publice esse excomunicatos, vt bene advertit R.D. vanden insimilicasu cap. 6. §. 9. fol. 296. n. 6. =
Notatur tamen talem excomunicationem non esse reservatam et sic a quocunque Confessario reus potest absolui.
137. Reperconta beris 4°. An pœna imposita Prælatis privationis officiorum, vocis activæ, et passivæ, illos liget ante sententiam judicis? Respondetur negative, 1°. quia sic praxis recepta est apud viros doctos et timoratos, qui

Qui non credunt se obligatos ad tales pœnas sufferendas, nisi premissa Judicij sententia, qua declaretur ipsos commisisse delictum, cui talis, vel talis pœna annexa est. 2º quia durum esset, quod qui commisisse tale delictum, cui certa pœna est annexa, debere seipsum prodere, et infamare, ac exequi in se pœnam sui delicti: Ergo durum esset si Prelati non aponerent in executione prædictum mandatum deuere &a:=

138. 3º: Est totum hoc declaratum in nostris Constitutionibus fol. 219. Quando vero in nostris Constitutionibus tam generalibus quam provincialibus, vel condictis, vel in posterum condiendis, aliæ pœnæ, et quæcumque, vt pœnæ suspensionis, vel privationis &a: imponitur clausula vt ipso facto incurrentur, declaramus nullum, ea pœna ligari, quamvis crimen fuerit publice perpetratum quousque per Prelatum vel sit Judicialiter declaratus: Ergo &a:=

139. Sed dicas: Ergo super flua est particula apposita eo ipso incurrendis:

ut pote requiritur sententia declaratoria: Respondetur negando Antecedens, quia tales, et similes particulae, seu verba deserviunt ad incutiendum terrorem, et ad admonendos Praelatos qua poena plectendi sint eo ipso quo delicta sive omissiones ipsorum per sententiam Judicij declarentur. = Quare, non re-
120. quiratur declaratoria sententia ad incurrendam Excomunicationem Lattam, et ita non requiratur in alijs poenis, quamvis cum similibus verbis impositis sint? Respondetur cum Suarez, et Sanchez, hoc esse Sacramentum Theologicum nullamque esse adequatam rationem, nisi solum communem usum. =

121. ## Subsectio iij.

## Addictio huius 1 §. continuatur.

In numero 2.° praesens Constitutio abrogat, et anullat id quod per Statutum Generale concessum erat eo Diffinitis, et eo Commissarijs Genera

-ralibus, his verbis: Fratres vero quibus per dictas
Ordinis Constitutiones Conventus, in quibus degant,
pro suo arbitrio eligere concessum est, cum ad prae-
ceptum Regulae, quam solemniter voverunt, nec
Domum, nec Locum, nec aliquam rem in hoc mundo
sibi possint appropriare, ex nunc, et de caetero per
petuis futuris temporibus, omni usu in contrarium
penitus sublato, a Superioribus Generalibus, vel
Provincialibus de Conventibus eis magis acceptis,
ea qua decet humilitate, sibi provideri postulent, Su-
periores autem pro singulorum meritis, et qualitate,
eos in conventibus postulatis collocari procurent sicut
in Domino expedire viderint; exceptis tamen almae
Urbis nostrae Conventibus, in quibus ut pote numerosa
familia gravatis, nec ipsos etiam Ordinis discretos
qui non fuerint Patres Romanae Prov. sive de
observantia, sive Reformatorum, vel dictae sedes-
Servitio addictis, volumus de familia commorari
posse sed expletis eorum officiis, ad proprias,
Provincias, vel ad Conventus a dictis Superioribus
assig-

assignandos pro sinceè omnino teneantur, in quibus Guardianis suis iuxta D. Francisci Institutoris mentem, ita illi, eorum que Socij subesse debeant, vt extra Claustra absque expressa eorundem Guardianorum, qualibet Vice obtinenda licentia exire non possint.

122. Ex quibus verbis, vt constat ex dictis 1°. annullat licentiam concessam per Statuta Generalia ex Ministris, et ex Commissarijs Generalibus eligendi Conventum ad morandum. 2°. Consequenter ad dicta disponit assignationem Conventus esse a Superioribus cum circumstantijs appositis, cum exceptione Conventum Romanæ Curiæ si ex Ministri vel Commissarij Gen.es filij non sint Romanæ Prov.æ vel non sint at dicti servitio, et sedis. 3°. disponit, vt in conventibus assignatis sint subobedientia Prælatorum Localium, taliter, vt sine expressa illorum licentia, qualibet Vice obtenta, exire non posint, quæ quidem licentia iuxta Statuta Generalia

nec

necessaria non erat. =

123\. Pro Claritate, et intelligentia, et Methodum appositum sequendo, Percontaberis: 1° An peccet ex Minister, vel Comiss. Gen. sua Conventu sine licentia exeat modo? Licentia multi plicitèr est scilicet, tacita, expressa, Generalis, et particularis. Percontatio procedit de expressa, et particulari, non de tacita, et Generali, ut ex verbis presentis Constitutionis constat, Ut extra claustra absque expressa eorumdem Guardianorum, qualibet, Vice obtenta licentia exire non possint. =

122\. Affirmativè Respondetur cum doctrina apposita §. 25. ex quo 1° sequitur iuxta communem DD sententiam, quod si ex Minister Gen. v. g. egrederetur à Claustro sive cum Socio, sive sine illo, animo vivendi diu extra illud letaliter peccaret, 2° Si fugeret occulte, vel quasi violenter, invito Prelato, ad vagandum per aliquod tempus. 3° Si nocte furtivè exiret de Conventu: Ut pote in his, et similibus casibus gravis, fractio

pre

præsenti Constitutioni, daretur, et consequenter lethale peccatum.=

125. Percontaberis 2.° An lethaliter peccat ex Minister Gener.^l (idem dicitur de ex Comiss.^o Generali) qui sine licentia egrederetur ad longum iter agendum prætextu adeundi ad Prælatum Superiorem in sui propriam defensionem?=

126. Affirmative respondetur si datur alia via damnum evadendi. Ita colligatur, ex verbis Concilij Tridentini Sess. 25. cap. 2 Regularibus, et ex Nris Statutis dicentibus: Intelligimus autem Apostatam omnem fratrem qui sine licentia, vel contra obedientiam suorum Superiorum per terras loca, seu patrias cum habitu, vel sine habitu, cum socio vel sine socio, iverit, vel vagamundus fuerit, generaliter absque sui ordinis licentia quomodolibet discedentem, quovis prætextu, etiam Superioribus accendi, ut sacra quoque Tridentina Sy-

Synodo cautum est: Ergo in dicto casu morta-
liter peccaret, ut pote Apostata erit. =

127. Dicitur

sidatur a Navia damnum evadendi: quia si non-
datur, nisi ad Superiores fugiendo, non esset
Ethale peccatum, si hoc fieret absque scandalo.
Ut pote Concilium, idem dicitur de Statuto, no-
lluit iustam defensionem Luxi Naturali con-
cessam, tollere; sed recursus ad Praelatum, in-
praesentibus circumstantiis ad hanc defensio-
nem spectat: Ergo &c.a =

128. Percontaberis 3.o =

An ex Minister Generalis presentem Constitu-
tionem frangeret, sine iusta causa, vel ficta
licentiam a Praelato obtineret? Respondetur
Negative cum Suarez tom. 2.o de Relig. tra-
ct. 8 Lib. 1. cap. 6. N. 12. Salmaticenses cum
Garzia, Palao, et Pellizer. tom. 2. tract. 15.
Cap. 5. part 8. fol. 121. N. 161. = R. quia in-
allatu casu licentia Guardiani non est dispen-
satio

Sacro, in iure communi, vel in Constitutione presenti, sed est quasi conditio præcepti clausuræ;
Ut pote Constitutio præsens non prohibet exitum simpliciter sed exire sine licentia: Ergo &c. = 2°.
Quia finis præsentis clausuræ magis est ut los Ministri non discedat a Guardiano, quam ut non discedat Com.tu sed discedens de Voluntate Guardiani, quocunque illesit, vere ab illo non discedit: Ergo &c.

122. Percontaberis 2°. quando sufficiat, tacita, vel interpretativa licentia Guardiani? Respondetur, quod in casu Confessionis moribundi, in defensione Innocentis, et in aliis similibus casibus ut communiter asseritur a Theologis omnibus, etiam in casu quo exitus sit brevis, et non detur aggravatus, finis, nec præceptum contrarium, sufficere interpretativam licentiam asserit Pellizarius tom. 1. Tract. 5. cap. 6. n.o 11. loquendo de quolibet Religioso particulari: Ergo in præsenti casu maiori ratione, ut pote, los Ministri, vel Comissarius, Generales, in Religione eminenti sint. Idem di-
cer

cendum est si Conventus sit in agro, vel exitus non-est, ad Civitatem, vel oppidum. =

150. Percontaberis 5.

Quomodo peccet Guardianus abutens facultate per hanc Constitutionem datta ad præsens licentias dantas? Loquendo de Religioso particulari, communiter, Theologi affirmant, Prælatum negando talem licentiam per se tantum peccare venialiter, Mortaliter tamen peccare possunt, si ex odio moverentur, vel ex tali negatione oriretur aliquod Magnum malum: v.g. Mors alicuius vel si, moreretur aliquis sine confessione, &a: Loquendo vero in nostro casu, propter circumstantiam Personæ emeritissimæ, qualis est ex Minister, vel Commiss. Gen.l et Scandalum, quod oriretur ex tali negatione (ut ex se patet) graviter peccaret illam negando; si alias non daretur aliqua occulta, et specialis ratio, quæ non facile invenitur, nec præsumitur à talibus dignissimis Viris. =

151. Percontaberis 6.o Quid dicendum sit de Exitu ex Ministri, vel ex Commissarijs Ge-

Generalis cum socio? Nostra Statuta Generalia, hoc disponunt, quod Nullus frater, sine socio fratre, Conventum Exeat, vel alibi sine illo commoretur; quod conforme est S.to Evangelio, Luc. cap. 10. Ubi dicitur a Xpto domino: — Misit illos binos (Discipulos) in omnem Civitatem, et locum quo erat ipse venturus. Clemens VIII. et postea Urbanus VIII. in suis Constitutionibus pro Regularium Reformatione hoc extenderunt sequentibus Verbis Nullus a Conventu egredi valeat nisi ex causa, cum Socio. ——

158. Sed in hoc nihil innovetur. Ergo 88 An sit Lethale peccatum exire e Conventu sine Socio? Affirmative Respondet N. Phelgi cap. 3. Statut. 20. sed hoc est valde durum supposita licentia, et sublato Scandalo.

Fratres questuarij sive Elemosinarij sine socijs Exeunt in fere omnibus Provincijs nostris Ratione necessitatis, et sic Apostasiam non committunt supposita licentia Prelati, nec sunt Excomunicati. Respondendo ad percontationem dicitur, quod si-

-ri lex Ministri, vel Commissarij Generales
exirent sine Socijs supposita licentia Prelati, nu-
llam peccatum saltem lethale commiterent seclu-
sione scandalo: 1.º quia ante praesentem Consti-
tutionem ad sumendum Socium, nisi ratione de-
centiae erant obligati sed in hoc nihil innovatur
& 2.º quia lex penalis non est exten-
denda, ut multoties manet dictum: ergo proto-
xi, titulo ubi lex non reperitur.

# Sectio IV.

## Contenta in §. 2.º hujus app.cae Const.s declarantur.

153. Quid non conceduntur per Emendicata suf-
fragia extra Claustra officia in
Ordine, gradus, et alia? Est et multoties pro-
hibitum a diversis Pontificibus = Paulus
V. in constit.e quae incipit Admonemur. Suppe-
rio-

ribus Ordinis Minorum sub merito S. Obbedientiæ, et pœnæ excomunicationis maioris ipso facto incurrendæ, nec ad instantiam quarumcumque Personarum extra Ordinem existentium, dignitates suis subditis conferant, nec pœnas remittant, quibus pœnis subiacere vult etiam subditos favores procurantes.

154. Idem Pontifex similem Constitutionem dedit pro Canonicis Regularibus, quæ incipit Quoniam Nemo. Aliam pro Prædicatoribus, quæ incipit Admonemus. Aliam pro heremitis S. P. Augustini, quæ etiam incipit: Admoneraui. Similem dedit Clemens VIII pro Crucifexis, quæ incipit Quoniam nemo. Aliam pro Carmelitis, quæ eodem modo incipit = Gregorius XIII etiam similem dedit pro Prædicatoribus, quæ incipit Cum nihil.

155. Citatas Constitutiones tenendo presentes, et suam desiderando observantiam,

Ca

Capitulum Generale Ordinis Prædicatorum Romæ celebratum die 28 Maij ann. 1694. sub Rmo P. N. Magistro Fr. Antonino Cloche, ita inquit: Confirmamus, et quantum opus est innovamus, quæ toties per tot Capitula Generalia ordinata sunt, quod dira pestis, et gravissimum malum nuncupatur, ab ordine nostro eliminari possint; quoque nondum per sanctas inhibitiones, et summorum Pontificum decreta eradicari potuit, inidem quod magis, ac magis pullulat, totiusque Religionis regimen enervat, et Domus Dei decorem denigrat. quod malum Ut omnino penarum, et censurarum terrore eliminare possimus, quæ in confirmatione octavæ Capituli Gener. Romæ 1650. celebrati statuta sunt, innovamus, De-clarantes, quod quæcunque ex commendatione Extraneorum, sive Superioribus Provinciarum, aut Congregationum, vel Conventus sive a Magistro Ordinis gratiæ aliquæ concedentur, non

non ideo exemptos esse os fratres, quibus conceduntur poenis, censuris et excomunicatione et ab aliis quae a Summis Pontificibus Gregorio XVIII et Clemente VIII et Capitulis Generalibus imponuntur, sed eas omnino incurrere, indeque ipsos haberi debere Nostri Ordinis destructores, et totius Religionis publicos hostes.=

156. Item: Sub eodem Rmo Magistro Ordinis in cap. 6. Gen. Bononiae die 23 maij 1706. haec habentur: quamvis iam toties sub gravissimis poenis, et Censuris prohibitum sit tum in sacris Nostris Constitutionibus, tum in varijs Capitulis Generalibus ne fratres Nostri personarum extra Ordinis nostri obedientiam Constitutorum, et quavis Dignitate etiam Cardinalitia, etiam Imperiali fulgentium, emendicent opes, favores, intercessiones in quibus promotionem impunitatem, gratias ve extra queant a superioribus; immo

more huiusmodi favores sponte etiam
oblatos acceptent: hactenus tamen haec re-
gularis instituti pestis penitus extincta non
est. =

157. Ut vero prorsus extinguatur gravissimas
poenas, ac Censuras contra huiusmodi gratia-
rum aucupes, aut receptores latas, ac Pon-
tificiis bullis confirmatas, et ad calcem Ca-
pituli Gener. Romae Celebrati ann. 1670
in unum Collectas omnium oculis hic iterum
obijcere visum est; Ut qui uno, altero ve non
terrentur fulmine, multiplicatis saltem,
et congeminatis deterreantur. =

158. Prima: Privatio Magistro ordinis
reservata, vocis activae, et passivae. Item: Om-
nium, gratiarum, et beneficiorum, officiorum
que ordinis Gradum, et honorum ad usum
Concessorum =

Secunda: Perpetua inhabilitas
ad huiusmodi seu recuperanda, seu in poste-
rum obtinenda. =

Ter-

Tertio: Inhibitio exequendi quancunque functionem Ecclesiasticam, sive ab Altari, sive Pulpito, aut Confessionali: ===

Quarta: Publica Nota, seu Titulus destructoris Ordinis: ===

Quinta: Privatio Suffragiorum Ordinis tam in Vitta, quam in morte: ===

Sexta: Excomunicatio Latte Sententiæ pluries à diversis tum priscis, tum Recentibus Capitulis fulminata, et iterata, et Specialiter Supremo Ordinis tribunali, Reservata: ===

Septima denique: Maledictio; Omnipotentis Dei B.æ Virginis Mariæ, SS. Dominici P. N. in eos, qui animo pertinaci, et indurato, tales Sententias, et penas non horruerint, destructoribus Ordinis taxatas ===

Quas penas, ac censuras hic innovamus, Latque confirmamus, et contradis-

fa-

famatores fratrum, apud Seculares extendimus, ut et maxime contra recurrentes ad tribunalia Secularia, ut electiones turbent, vel Mandata Superiorum declinent, aut eorum impediant executionem, sub pretextu etiam, quod id faciant procuratorio nomine alicuius Prov. vel Conventus. Ad hec. tonitrua, qui non experguiscitur, iam non dormit, sed Mortuus est. =

159. Urbanus VIIJ. Bulla.

Admonemur Data 29. Iullij ann. 1639.

et publicata, ac recepta in nro. Cap. Gener. Barcinonitano, sequentia decernit: Urbanus Papa VIIJ. ad perpetuam rei memoriam = Admonemur Pastoralis officij nostri debito diligentius prospicere, ne Religiosis, qui regularem Vitam professi seculo renuntiarunt, ad dignitates, et officia per emendicata suffragia ambitiosius, pateat accessus. Quo circa, Motu proprio et decerta scientia nostra, ac de Apostolice potestatis plenitudine dilectis filijs Mrro.

Pe-

Generali, Commissariis Generali, ac Provincialibus, et reliquis Ordinis Fratrum Minorum, S. Francisci de observantia, et Reformatorum, nuncupatorum Prelatis nunc, et pro tempore existentibus, in virtute S. obedientiae, sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda praecipimus, et mandamus, ne ad instantiam, et requisitionem quarumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum, extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, et quacumque dignitate, et excellentia, etiam Ducali Regali, et imperiali fulgentium, cuivis praedicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, vel poenas aliquas remittere seu Gradus, Honores, Dignitates, officia, et administrationes, functiones, et Prelaturas, eiusdem Ordinis concedere audeant. Quinimo dicti Ordinis fratres, et Religiosos, qui contra decreta, hac via, et his medijs perconquisitos favores, et suffragia ali-

aliquid sibi procuraverint, ad talia, et similia,
ac etiam maiora in eodem Ordine consequenda
perpetuo inhabiles declaramus. Insuper dictis
Religiosis et Fratribus eiusdem Ordinis quibus
cumque sub eisdem poenis praecipimus, et expresse
interdicimus, ut non solum in praemissis omnibus
favores huiusmodi minime procurare, sed nec
etiam sponte oblatos, aut ab eis minime pro-
curatos recipere; et similiter nec ad hunc effec-
tum, munera aliqua praedictis personis ex-
hibere audeant, seu praesumant. Non obstantibus
Constitutionibus, et ordinationibus apostolicis dic-
ti, quae Ordinis statutis, et consuetudinibus, e-
tiam iuramento, confirmatione apostolica, vel
quavis firmitate roboratis, ceteris quae contra-
riis, quibuscumque: aut si eidem Ordini, et Fratri-
bus praedictis communiter, aut divisim ab Apost.
Sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel
excomunicari, non possint per litteras apos-
tolicas non facientes plenam, et expressam,
ac

ac, de Verbo ad Verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod praesentium litterarum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo; alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 29 Julij 1639 Pontificatus Nostri anno Decimo sexto. =

160. Nostra Statuta Generalia §. 8. de poenis in ambitiosos fol. 309. sequentia disposuerunt: Severe animadvertendum est contra ambitiosos, qui favoribus subornationibus aut Sordibus Simoniacis, quid quam in Ordine procurant; et contra eos, qui ex his motivis ullam illis gratiam concedunt. =

Et quidem contra favoribus utentes a-

Apostolicis Constitutionibus cautum est, ut Fratres recurrentes ad Seculares ad impetrandos favores, pro obtinendis officiis, vel pro locatione alicuius, vel remotione inde sint ipso facto, privati voce activa, et passiva, et omnibus, officiis Ordinis, etiam si ipsi Fratres negaverint, et Seculares affirmaverint, non esse ab eisdem Fratribus sollicitatos, dummodo de malitia, et dolo non constiterit nempe, quod alius solicitaverit intercessiones, ut illi pro quo fiunt, nocerent.

ex const. Ap. Pauli V. anni 1619 admonemus

Neque solum pro officiis, gradibus, et honoribus obtinendis et neque pro penarum remissione, vel pro ulla gratia a Superioribus, sive Generalibus, sive Provincialibus, et reliquis nostri Ordinis Prelatos impetranda, per quarumcumque Personarum, tam Laycarum, quam Ecclesiasticarum extra Ordinem consistentium, quacumque dignitate etiam Cardinalitia, vel Imperiali fulgentium, favores, sive intercessiones, Fratribus ullomodo liceat pro

procurare, nec etiam sponte oblatos, aut ab eis minime procuratos recipere, sub excomunicationis ipso facto incurrenda pena, ac inhabilitatione perpetua ad activa, et passiva, ac etiam maiora in nostro ordine consequenda, prout Constitutione Apostolica cautum est.

excaedez Const.e ap.ca Ministri vero tam Generalibus, quam Provincialibus, ac Religionis ordinis Prelatis, sub excomunicationis pena, ipso facto incurrenda per eandem Constitutionem Apostolicam interdicitur, ne ad instantiam, et requisitionem personarum predictarum, cuivis Religioso, ullam gratiam concedere vel penas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, administrationes, functiones, vel Prelaturas concedere audeant.

ex Rom. 1600 Superiores qui negligentes fuerint in penarum executione, contra impetrantes favorem extra Religionem pro officijs mea

ob-

-obtinendis, iuxta Constitutiones Apostolicas et nostra Statuta, eisdem poenis subiaceant; quibus plectendi erant Ambitientes.=

161. Nostra Betica Statuta circa hoc etiam vigilant, ordinando, in Statutis ann. 1621. (presid.te N. Rmo Merinero) idiomate hispano sequentia: Otrosi se determina y manda se intime la Bulla del S.r Paulo V. de gloriosa memoria, contra los Religiosos, que se valieren del favor de los Seculares, ô Ecclesiasticos fuera de la Orden, para los officios, gracias, mudanzas licencias de Visitas, lecciones, estudios, dispensas, ô otra qualquiera de las cosas aesta semejantes, alos quales nos tâlamente los declara el Capitulo por incursos ipso facto en las penas de la dha Bulla sino que de mas

Mas decesso ordena que los transgresores sean castigados en la Comunidad, y desterrados del Conv.to o Ciudad, donde fueren moradores, y privados por quatro años de todos los actos legitimos sin que les valga por escusa el a firmar los Seglares, no haviendo solicitado del Religioso, ni ellos pedidolo a seculares o Ecclesiasticos fuera de la orden.

162. In Statutis ann. 1663. prez.te Rmo. Rmo. Numesia sequentia habentur verba: Y porque se reconosen gravissimos daños, y esta prohibido por Nras Constituciones Generales y Bullas Apostolicas el Valerse de seculares, para alcansar los officios, o alguna gracia de los Superiores; Se ordena y manda, que el Religioso que se valiere de favores de Seglares para alcansar algun o-

53

Oficios, y Especialmente para obtener al-
guna Cathedra, o futura Sobsecion
de Artes o Theologia, eo ipso sea tenido por
Incurso enlas penas contenidas enlos Bre-
ves, Apostolicos Constituz.es Generales
y de Prov.a las quales irremissible mente
se Executaran aunq. aleguen no auer so-
licitado los tales fauores.

163. Modo N. SS. P.

Benedictus XIIII Vestigia suorum Antecesso-
rum sequendo in hoc secundo §. precepit, et mandat
sequentia: Insuper ne ad gradus, officia et dignita-
tes, per emendicata suffragia ambitiosis pateat
accesus, et aditus prebeatur Vagis, et otiosis fra-
tribus per alienas Provincias errandi vel ê-
tiam pro prie Prov.e Conventus circum eundi
ob exortas â suis Superioribus facultates
per conquisitos extra ordinem fauores simi-
liter

Literis in virtute Sanctæ obedientiæ ac sub pœna privationis officiorum Nostro, ac Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum arbitrio Superioribus Generalibus eiusdem Ordinis, Provincialibus vero, et reliquis dicti Ordinis Prælatis, nunc, et pro tempore existentibus arbitrio ipsorum Superiorum Generalium præcipimus, et Mandamus ne ad instantiam et requisitionem quorumcumque personarum tam Ecclesiasticarum, quam Laicarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, et quacumque Secularis dignitate, et Excellentia, etiam Ducali, Regali, et Imperiali fulgentium cuivis præfati Ordinis Religioso ullam gratiam impertiri vel pœnas aliquas remittere seu Gradus, Honores, dignitates, officia et administrationes eiusdem Ordinis concedere audeant: quinimo Fratres, qui contra præsentium Thenorem mediis et viis huius

mo

modi percon quesitos favores, et Suffragia extra Ordinem aliquid, sivi procurabverint ad talia, et similia, ac etiam Maiora in eodem Ordine conse quenda per petuo inhabiles, et incapazes declaramus: Eos vero qui personarum extra Ordinem favorem, vel authoritatem inter pellaverint ad extorquendas à Suis Superioribus Facultates, vagandi, vel de uno in alium Conventu transeundi, pena Carceris formalis. Superiorum suorum Generalium, vel Provincialium pariter arbitrio puniendos esse Statuimus, ipsi que Religiosis et fratribus dicti Ordinis sub eisdem respective penis precipimus, et expresse, inter dicimus ut non solum in premissis omnibus favores, eiusmodi minime procurare sed nec etiam Sponte, oblatos aut ab eis minime procuratos recipere, et similiter nec ad hunc effectum munera aliqua predictis personis exhibere pre-

sum-

sumant. = Plura in allatis verbis includuntur: propterea subsectiones sequentes apponuntur =

## Subsectio Vnica

### Ad aliquas percontationes respondetur.

164: Percontaberis 1.º quid intelligatur dum dicitur: Reliquis dicti Ordinis Prelatis? Respondetur Intelligi Prelatos Conventuales, qualis sunt Guardiani et Vicarij in Capite, vt pote isti sunt vere, et pro prie Prelati, et consequenter si mandarent officium aliquod honorabili sui Comm.^tis vel si concederent aliquam notabilem gratiam suo Sub.^to ad instantiam Secularium, seu Personarum extra Ordinem, isti comprehenduntur in presenti Constitutione non vero intelliguntur Deffinitores, Custodes, et Patres Prov.^e quamvis isti haberent votum (quod modo non habent) in Electione hujus

+ quales sunt.

va

Ratio: Vtpote omnes isti non sunt vere Prælati, et præsenti Constitutio de veris Prælatis loquitur, et debet intelligi: Ergo &a. Exquo sequitur quod si Deffinitor, aut Custos ad instantiam Personæ extra Ordinem alicui suffragetur, in præsenti Constitutione ab hoc non est incursus.

165. Percontaberis 2.o Dum dicitur: Ne ad instantiam et requisitionem, quid explicetur? Respondetur quod hæc verba denotat, non unam, sed tres, aut duas, ad minus petitiones sæcularis instanter, et affectuose apud Prælatum, factas, vt bene notat Perinis et sic sequitur 1.o quod Prælatus concedens officium alicui fratri intuitu sæcularis amici cui spectat ad gratis futurum, et sæcularis nil rogavit, non incurrit pœnam = 2.o Non incurrit Prælatus, qui rogante sæculari, non instante, neque premente sed simpliciter petente et

se, submittente tribuat officium alicui fratri, ut pote tali saeculari nec instat, nec instanter petit.

166. Sexto: Nonnunquam etiam Praelati, qui iam destinaverant aliquod officium fratri dare, et ante dationem seu collationem instetur a Saeculari, pro eodem officio eidem fratri dando et Praelatus dicat Saeculari: Tibi servitium fratris est ut pote tale officium, non datur ad instantiam saecularis sed motu proprio Cavendum est in hoc saltem Scandalum, ut bene Notat Noster Vvandem.

167. Bercontberis 3.° Patrii Praelati instanter rogati a Saeculari, ut dare officium alicui fratri, qui aliàs est dignus dare officium, principaliter quia dignus est, et minus principaliter, quia rogatus a Saeculari; an in

in tali casu incurreret poenam positam? Respondetur Negative: Probatur Cap: Nam de etate; qualitate, et ordine perficiendo. habetur Non commisisse Symoniam, si rogante aliquo pro eligendo, elector det officium non habet respectu ad precens illicitas sibi exhibitas: Ergo pariformiter in nostro casu. Conseq. urget. quia non magis hec Constitutio, debet obligare, quam ea, que imponit penas Simonie: per 8a: Ita Lezana Verbo. officium Relig. ubi inquit: video consuli, et practicari a Viris doctissimis, et est valde Consolatorium, pro Prelatis. Prelati vero in hoc caute procedant, habendo in Mente, quod dixit. D. Gregorius 1 p. Pastoral. cap. 9. Sepe mens de se ipsa Mentitur, et fingit se de bono opere amare quod Non amat.

168. Percontaberis 2°. An Prelatus qui bona fide recepit aliqua dona ab

ab aliquo Sæculari qui dat illa eo intentione ut prælatus conferat alicui fratri aliquod officium, et Prælatus illud conferat, dictæ intentionis ignarus, an in tali casu sit comprehensus prædictus Prælatus? Respondetur Negative, quia in allato casu nulla intercedit instantia, neque munera sunt eo fine recepta: Ergo &c.= Sed advertite, quod si Prælatus dicta munera recipiat munera friendo intentionem dantis eoque fine recipiat, in talis eventu officium conferendo, in pœnam incurrit, utpote, experientia teste, potissime ista, quæ muneribus ista.

169. Percontaberis S. an prælatus pœnam incurrat si ad generatia, et obscura verba alicuius sæcularis dicentis: talis Religiosus est meus amicus meretur honorari, exaltetur ad tale officium; movetur ad illi tale officium conferendum? Noster Portel n. 16. affirmative respondet,

nam

Nam verba a lata vere irritant et movent. Perinnij negat, quia tenet cot verba allata solum annuunt et sic non irritant. Meo videre, Portel, et Perinij verum dicunt, sed in diversis casibus. Si persona secularis sit gravis et magnae authoritatis, vera sententia P. Portel. Ut pote talis persona dicendo verba allata, multum irritat, sed si non ita sit, quamvis dicat, solum annuit, et non irritat.

17o.

Q. Percontaberis 6.° An in casu quo Guardianus v.g. ad instantiam Secularis petat a Provinciali v.g. ut det officium alicui fratri, et petitio habeat felicem effectum incurrat Guardianus in poena praedicta? Negative respondemus, quia Constitutio, quod prohibet praelatis, est concedere inter cedere autem non, et concedere: ergo &c. Nec etiam Provincialis, concedendo incurrit si ignoret secularem id petisse quia praelatus inferior petens non

non est persona Sæcularis: Anni sciet Prælatus Superior in Seniorem petere ad instantiam Sæcularis, et respiciendo instantiam, Sæcularis officium concedat, in tali casu incidit in penam ut lex separatet. —

171 Ex contrabenis 7.º Anni aliquis Prælatus det suffragium ad instantiam Sæcularis pro aliquo fratre ad officium effectu non secuto, incurrat in penam appositam? Respondetur Negative: Probatur: Dare suffragium effectu non secuto, non est dare officium: Ergo &a. Confirmatur: quia lex penalis non incurritur nisi effectu secuto: sed in præsenti casu effectus non secutus fuit: Ergo &a. —

172. Ex contrabenis 8.º Anni in casu quod nisi Prælatus conferat aliquod officium Religioso ad instantiam alicuius Sæcularis, et quia potens est, et Magnæ authoritatis, indignaretur contra Prælatum, et Religionem,

et

et sic prudenter, timeatur notabile illorum damnum ipsi Prelato, vel Religioni, vel impeditum notabile bonum; an in casu posito concedendo petitionem, suposita capacitate Religiosi, Prelatus excusetur a pena? Respondetur afirmative cum Lezana, n. 19. = 1º quia Leges Ecclesiasticæ, ut omnes tenent, et constat ex dictis non obligant cum tanto dispendio; sed Constitutio presens est Lex Ecclesiastica: Ergo Non obligat in allato casu, in quo sequuntur incommoda dicta. 2º quia allatum officium conceditur ad redimendam vexationem iniustam; sed hoc non prohibitur, in presenti Constit., ut ex illa constat: Ergo &c. =

Dexconta bey 9º -

173. An Prelatus penam incurrat, qui dat officium, vel favorem alicui Moniali ad instantiam secularis? Respondetur Negative quia in odiosis, et penalibus, Monialis non est persona [illegible]

Ordinis, et manet dictum n. 55. masculinum non comprehendit, fœmeninum, nisi exprimatur: Ergo Dᵒ.

174. Percontaberis 10: Anne incurrat Prælatus, qui concedit Novitio aliquem favorem ad instantiam Sæcularis? Respondetur etiam, Negative, quia ut manet dictum n. 53. Novitij in odiosis, et pœnalibus non censentur Religiosi: Ergo Dᵒ. Ex quo sequitur non esse contra præsentem Constitutionem si Prælatus recepit Novitium in Religione ad instantiam Sæcularis; ut pote per hoc nihil concedit Religioso, sed solum sæculari, et ipsi Novitio quem recepit: ergo Dᵒ. Idem dicitur de Religioso Episcopo, et de Cardinali. Vide n. 65. ne dicta repetantur.

175. Percontaberis 11.: quid intelligatur per hæc verba: Ullam gratiam impertiri, vel pœnas aliquas remittere, sive gradus honores dignitates, officia, et administrationes

Ejusdem Ordinis concedere audeant apposita
in Constitutione? Diversimode discurrunt
Authores in explicando quid intelligatur
per illas particulas: Illam gratiam impertire.
Lezana cap. 18. n. 82. Pellizer tract. 6.
Cap. 12. n. 28. N. Portel V.bo filia ordinis
n. 22. asserunt quod Illam gratiam censit Univer-
salis et Generalis, excludere omnem favorem
concessum Religiosos ad instantiam Secularis,
V.g. dare Licentiam ad Ordines suscipiendos,
ad Visitandos Parentes ad Studendum Phi-
losofiam, Theologiam, et quid quid arbitrio pru-
dentis viri, et iuxta Constitutiones vocetur gratia,
et favor Notabilis. Non vero si favor, vel gra-
tia, foret in re modica, et parvi momenti. Pe-
rinis de Subdit. q. 2. cap. 2. §. 11. per illas
particulas Illam gratiam in Bulla Pauli V.
asserit intelligi solum gratiam pertinentem
ad Remissionem alicuius poenae, vel ad gradus,
et dignitates consequendas. Non aliás

gra

C. Fratres D. D. praebere eum socium alicuius devoti Ordinis ad aliquam peregrinationem, vel recreationem licitam, et religiosam, sed non ad vagandum de uno in alium conventum, transeundi, utpote hoc est expresse prohibitum. = Sententia Petrinis, quia magis benigna, (meo videri) in poenalibus sequenda est. =

176. Respondetur 2°. per verba poenas aliquas remittere intelliguntur poenae notabiles iuste impositae, vel imponendae. Dicitur poenae notabiles, quia si solum est poena levis, quamvis detur recursus ad saecularem, et propter illum Praelatus illam remitant, non incurrit in Constitutione prae-senti. Similiter si poena sit iniuste posita, et subditus qui eam evadat ad saecularem recurrit, et per invitantiam saecularis Praelatus poenam demittit, nec subditus, nec Praelatus in poenam incurrunt. Ratio est, quia praesens Consti-

Constitutio loquitur de poenis motu impositis, quarum remissio sit destructiva Religionis, quando non verificatur de poenis lebibus, et [illegible] impositis: Ergo &c. Ita discurrunt, D.D. communiter in similibus Constitutionibus.

177. Respondetur 1.° per gradus honores, Dignitates, officia, intelegendum esse de gradibus, honoribus, Dignitatibus, et officijs intra Ordinem, non vero extra Ordinem. 1.° quia in ipsa Constitutione dicitur gradus, honores, Dignitates &c. eiusdem ordinis: Ergo &c. 2.° quia in penalibus non datur extensio: Ergo sequitur, licet si Minister Provincialis huius Nostrae Prov. Bitisse presentaret Religiosum, qui esset Lector in Universitate Oscaonensi ad quod havet facultatem non potest tales incurrere in pena Constitutionis, ut pote talis gratia est extra Ordinem, et non eiusdem ordinis.

178. Respondetur 2.° quod per les administrationes

trationes, explicantia administrationes que solent esse in nostro Ordine v.g. administratio lanni-
fica sive fabrica Pannorum pro Fratribus induendis: Ex quo sequitur, quod si talis admi-
nistratio daretur a Prelato ob instantiam Se-
cularis, ista esset comprehensus in Constitutio-
ne. =

179. Percontaberis 12.º An Religiosus, pro-
curans dictos favores Secularium, non pro se,
sed pro alijs Religiosis eiusdem Ordinis, sit
comprehensus in dicta Constitutione? Respon-
detur Negative. Ut pote in presenti Constitutio-
ne, dicitur aliquid sibi procuraverint; sed in
presenti casu, Religiosus non pro se sed pro alijs
querit tales favores: Ergo &c. = Confirmatur
ex communi ratione, quia in penalibus extensio
facienda non est. =

180. Percontaberis 13.º
An si Religiosus impetraret literas favorabiles
pro obtinendis officijs, gratijs &c. Et postea
peni-

poenitentia ductus, vel ex alio motivo illas non dedisset ut admaneret Prelati non venirent; an in tali casu sit in Prelatis poenis incursus?

Respondetur negative cum Lezana Noster Portel nu. 20. et Peirinus, de sub. Cap. 2. §. 11. Ratio est, quia poena non obligat nisi secuto effectu; sed in allato casu non est effectus secutus, ut supponitur: Ergo &a. Mayor suadetur in Sententia. Nav. Lib. 5. concil. Derunt excommunicato. Concil. 19 n. 2. = Religiosus mitens Epistolam ad Monialem, et tante excomunicatione contra talem Religiosum non excomunicatur si Epistola non per venit ad talem Monialem, quia non est efectus secutus: Ergo: &c. =

181 Sed adverte, quod ut Religiosus de facto obtineat favorem Secularis, et Secularis de facto insste apud Prelatum ad obtinendam dignitatem, licet Prelatus renuat, et instantiam Secularis reijiat, vere, et pro

pri-

proe tales Religiosos incurrit penam, ut pote vere et de facto frangit presentem Constitutionem dicentem: per con quisitos favores et suffragia extra ordinem aliquid sibi procurabere:::: et expresse interdicimus, ut non solum in premissis omnibus favores eiusmodi minime procurare, sed nec &c. Ergo &c. quia, amoris non sequatur effectus quo ad quirendam Dignitatem vel honores, est sequtus, quo ad interdictionem, et implorationem. =

182. Percontaberis

12. quid explicetur dum dicitur: quarumcumque Personarum:::: extra dictum Ordinem existentiam? Respondetur, quod sine controversia, et ex varietate opinionum intelliguntur omnes persone, que Regulam nostram non sunt professe; cuiuscumque tamen Dignitatis sint, tam Ecclesiastice quam seculares, et sic comprehenduntur Domini Cardinales, Imperatores et Reges. Quales sint probabiliter

Aliter per varias Repraesentationes fit satis =

183. Respercontabeis 1° Ammoniales nostrae sint personae extra Ordinem, taliter ut frater Minor incurrat in poenis ponitis in favore aliarum Monialis aliquid ex dictis obtineat? Noster Portel n. 18. Lezana Verbo officia Relig. n. 11. Rodriguez tom. 2. q. 56. art. 2. partem affirmativam tenent. Perinnis tom. 3. privileg. in addictamento ad Constit. Pauli V. cap. 10. n. 3. Negativam defendet utraque est probabilis, sed Perinnis benignior, et ideo cum illo affirmative Respondetur. Suadetur 1°. Nostrae Moniales vere dicuntur Ordinis nostri, et simpliciter non sunt extra Ordinem 2°. et principaliter, quia lex poenalis, et odiosa restringenda est, quantum possibile fit. Ergo &c.

184. Respercontabeis 2°. Quid circa hoc dicendum est de Episcopo nostri Ordinis? Pa-ter

Patet tenet etiam partem affirmativam; Perinny, et Lezana n.º 16. Negativam, et Nos cum illis: Ratio est, quia Episcopus Ordinis Nostri non potest dici extra nostrum Ordinem, cum teneatur habitum portare Nostrum, et essentialia Nrae Regulae et compossibilia cum Episcopali dignitate servare: Ergo &a. Perinny alliter: Quia Lex odiosa restringenda est, et si &a. Idem dicitur de Cardinali Nri Ordinis ——

185. Reperconta beris 3.º de Cardinali Protectore? Et respondetur cum Perinny, et Lezana, affirmative, ut pote iste aliquo modo est Superior Nri Ordinis, licet contrarium tenet M. Bordon n.º 8. sed cum hoc favorabile sit, extendendum est. ——

186. Reperconta beris 4.º Quid dicendum, sit de Novitijs nostris? Respon-

Respondetur, dicendum esse, quod in casu quo daretur Recursus ad illos Constitutio praesens non frangeretur, utpote in favorabilibus reputantur Religiosi, eo quod tempore Novitiatus sunt sub potestate Religionis, et suo modo subsinunt onera illius: Ergo &c. Et sequendo doctrinam Patris Diana resolut. 26. Lezana 36. Antonij ab Sp. S.to n.o 226. Delbene tom. 2. cap. 12. Sect. 3. dub. 18. n. 1. et aliorum, idem dicendum est de illis Novitijs qui nondum Habitum Receperunt, sed in breui sunt induendi, quia in favorabilibus, breui accingendus, habetur pro accincto. L. penult. D. militis testam.to

187 Respondebis. Respondeatur S.:

Si nostri Praelatus concederet alicui Religioso officium, vel gratiam, ad instantiam alicuius Tertiarij nostri Ordinis, ut comprehensus in prae sen-

Juxta Constitutione? De Tertiarijs saeculari-
bus, seu in saeculo Viventibus est principalis di-
fficultas, et sic de istis quaerentes Respondetur ta-
lem Praelatum non comprehendi. Ratio est:
quia quamvis modus Vivendi Tertiariorum in-
saeculo Viventium, ut manet dictum § 64. Non-
sit vere et proprie Religio, est tamen, et
dicitur vere Ordo ut tenet Noster Portel
Verbo Tertiarij N. 2. Lezana, N. Tabiol,
et alij. Sunt etiam vere et proprie sub-
directione R. Ministri Generalis, potest
illos docere, et ad bonum dirigere, monendo,
ut pie, et exemplariter secundum Regulam
Vivant et si sint de pravatae vitae, et moniti,
nollent se corrigere, potest illos ex ordine
expellere, ut constat ex cap. 19 ejusdem
Regulae, sed haec omnia arguunt tales esse
sub directione Ministri Generalis: Ergo &c.

188. Confirmatur ex definitione ordinis

Tertia.

Tertiariorum apposita a Rotario tom. 3. Lib. 3. cap. 6. de Tertiarijs part. 1. fol. 212. n. 10. quæ talis est: Modus vivendi, et serviendi Deo magis perfectus sub quadam Regula, à Sancta Sede approbata, et sub directione Religiosorum prædicti Ordinis: Ergo tales Tertiarij, ut ex definitione, constat, vere et pro quæ sunt sub directione Ministri Generalis, et consequenter, recurrentes ad tales Tertiarios extra Ordinem non recurrunt. =

183. Confirm. 2°. Quia ut docet R. Sbriol, Lib. Tertij Ordinis part. 2°. cap. 3. Tres Ordines, scilicet Nostrum Monialium, et Tertiariorum, non solum Regularium, sed etiam Secularium esse sub uno capite scilicet, sub Nro Ministro Generali; sed quæ sunt sub uno capite, unum Mysticum corpus componunt, seu unum Ordinem ex tribus Ordinibus subordinatis adimplent: Ergo

Ergo nostri Fratres Venientes ad Tertiarios Status Seculares, qui sunt sub directione nostri Ministri Generalis, non veniunt extra Ordinem: Ergo &c.: —

19o. Dicontra hoc dicas Leonem X. in bulla: Dum intra mentis, datta in Concilio Lateranensi ann. 1516. loquentem de Tertiariis in suis domibus, ita loquit: Fratres autem, et Sorores Tertii Ordinis ::: in propriis domibus habitantes, sepulturam ubi voluerint eligere valeant, sed in die Paschatis tantum Eucharistiam, necnon Extremam unctionem, cetera quoque Ecclesiastica Sacramenta (penitentiae Sacramento dumtaxat excepto) a proprio Sacerdote recipere, et ad onera, quae laicis incumbunt, perferenda teneantur, ac in foro seculari, coram Iudicibus secularibus, conveniri possint = Ergo ex allata Bulla tales tertiarii, seculares sunt, et extra ordinem. —

Re-

491. Respondetur authoritatem admittendo et consequentiam concedendo, non adequate, sed inadequate, scilicet quoad primam partem non vero, quo ad secundam. Itaque a Nobis non negatur tales Tertiarios seculares esse, sed ex hoc non arguitur, quod vere non sint, sub directione Ptri Ministri Generalis, et eorum Ordo, vere non sit Ordo confirmata multis Summis Pontificibus, et quod talis Ordo cum Ordine Nostro, et Monialium unum Misticum Corpus, seu unum Ordinem, ex tribus compositum, non conficiat; sed quod in presenti Constitutione prohibetur solum est, Recursus extra Ordinem ad Dignitates obtinendas, per conquisitos favores extra Ordinem::: quarumcunque personarum tam Ecclesiasticarum, quam Laycarum extra dictum Ordinem Constitutarum :: et Suffragia extra Ordinem: Ergo Recurrendo ad Nros Tertiarios extra Ordinem, non

Recurritur, ut pote istis, ut constat intra ordinem sunt.

192. Ultra: Quia ex allata authoritate (meo videri) Confirmatio Arguitur: Et pote ut bene inquit N.r Arbiol citat Exceptij expresse annulatij, reliqua remanent confirmata; sed ante allegatum annulationem erat vere ordo a Romanis Pontificibus confirmata, constituebat que unum mixtum corpus cum Nro, et Monialium ordine: Ergo post annullationem dictorum exceptionum, reliqua manent de novo confirmata: veritas hec comprobatur ex annullatione facta a Concilio Tridentino aliquorum privilegiorum Regularium, ex qua reliqua sunt confirmata. Fundatur hoc in illa regula Iuris: Illa que in lege non prohibentur concessa intelliguntur. Et in alia: Exceptio confirmat regulam in contrarium: Ergo &.

Per

193. Ex contextibus 15.: Quid dicendum sit de Patribus Conventualibus Capuccinis, Monialibus S.tae Claræ, tertii ordinis, et Conceptionis non subjectis Nro Ministro Generali? Respondetur, quod recursus ad Patres Conv.es Capuccinis, Monialibus S.tae Claræ, et tertii ordinis non subjectas Nro Ministro Generali, in præsenti constitutione prohibitus non esse. Ratio: Patres Conv.les Capuccinis Moniales non subjectæ Sanctæ Claræ, et tertii ordinis, vere sunt ordinis S. P. N. Francisci, et simpliciter non sunt extra ordinem, ut tenet Lezinnis citat. et cum illo N. Ivandem loquendo de Monialibus; sed recursus prohibitus est recursus extra ordinem: Ergo &a. Confirmatur, cum ratione communi, et multoties allegata, scilicet, quod lex pœnalis qualis est abrogatio, res

Rei tingenda est. Bemonia libri Concep-
tionis non Subiecti dicta nontenent: Vt pote
non sunt, nec Ratione Capitis, vt pote Non sub-
iecte, nec Ratione Ordinis, Vt pote alterius,
nostre Ordinis: Ergo: ad illas Recursus prohibi-
tus est. —

194. Percontaberis 16.° An fratres
Predicatores sint Persone extra Ordinem
Nostrum, taliter, quod Prelatus concedens
gratiam, favorem, &c: alicui fratri obinstan-
tiam alicuius Patris predicti Ordinis, pre-
sentem Constitutionem violet? Et idem dicitur
de fratre procurante favores per mencio-
natos fratres? —

195. Sicut Primi Patres charitate
Coniunctissimi, ac coaglutinati erant, et sic filii
eorum vt Vere filii sint talium Parentum
coniunctio debent esse dilectione, et Cha-
ritate; ad hanc dilectionem, et in Chari

tate.

tate et Unionem, illi ppissimi Generales,
Uberty Dominicanus, et Joannes Par-
mensis Franciscanus, suis hec indixerunt
Subditis: Ne familiares, et benefactores alte-
rius, Ordinis, aliquis asua devotione audeat a-
vertere, et ad Ordinem suum convertere, ut ad
alterutrum Ordinem derivetur fructus devo-
tionis huiusmodi, qui alij proveniret. Item
ne Loca, que aliqui pro domibus construendis
accipere proponunt, presenti hoc alij, caute
surripiant alios excludendo. Item ne Elee-
mosinas, quas devotio fidelium aliquibus facere
proponit, alij impediant ut ipsi habeant;
Sed potius cum intersunt Testamentis, aut alijs
Negotijs, bona fide sint Memores aliorum,
pias subventiones alijs fieri procurando.
Item ne alij Sermones impediant aliorum,
vel auditores subtrahant, aut ipsi Sermones
sibi subripiant alternatim, que enim esset

Cha-

Charitas subtraxeras personas? subtraxete amicos? subtraxie Loca? subtraxere Sermone? cum secundum Charitatis Regulam Non quæ sunt Nostra, sed quæ sunt alterius, Suadente Apostolo, quærere debeamus. Cavendum est, ne quis nostrum sic Santos suos, sic Estatum suum imprudentes exaltat, quod in altriorum depressionem Laus taliter fieri videatur. Item, ne quis oblloquatur de alijs, non solum Coram multis in publico, se In clanculo Coram Externis, nec inter fratres in Secreto. Item ne sinistrum aliquid alij sciverint, alijs denudent, Vbi nulla et eis Vtilitas aut fructus: Sed potius sic culpabiles Charitative Corripiant, vel ostendant Correctoribus eorundem. Cavendum Insuper, ne quis mala sibi relata de alijs, facta vel dicta, vel injuriam altriorum leviter credat, vel huiusmodi

In-

Inter fratres suos referat, et referendo
ad exaggeret, corda fratrum consilet, et sic in-
eis charitatem concutiat, in quibus potius
fuerat confirmanda. Cavendum postrea
ne nostrum aliqui si ipsi fortasse fuerint
interdum ab aliis minus iuste patientes,
quae de charitate producitur, obliti, sic suam
ostendant impatientiam, quod propter unius,
vel paucorum stultitiam contra alterius,
vel aliorum fratrum innocentiam mo-
beantur, illud autem omnino cavendum,
ne fratres, qui ipse abhorrent haec et si-
milia, in aliis dissimulent, sed potius si tale
quid in aliquo viderint, vel Sancto, iuc-
cenci, etiam fraterna correctione utantur,
vel per illos quorum interest corrigi fa-
ciant, huiusmodi delinquentes. Illi aute
qui curam havent aliorum, super omnes


I

reprehensibiles Judicantur, si in prædicta Correctione fuerint negligentes, nec et plura, &c.

196. Constitutiones Fratrum Prædicatorum dist. 2. de Itinerantib. cap. 13. Decis. 5. in textu, hoc disponunt: Fratres Minores, sicut et Nostri, charitative, et hilariter recipiantur, et secundum facultatem Domus, piè et honeste procurentur. Et glossa ibi: Declaramus quod Priores, et Fratres Nostri omnes diligentissime curare debent et omnem maximum, erga Fratres Minores semper, et ubique habeant, et corde conservent, ore eos laudent, opere benignissime recipiant, humanissime què tractent, et de pace cum eis, habenda, quantum possunt, soliciti sint: qui autem contrarium ausi fuerint, graviter puniantur. Et caveant Fratres ut nec in

inter se, neque cum aliis quantumcunque fami-
liaribus, & ipsi minus bene loquantur si
qui vero amicitiæ, et familiaritatibus specimen
prese ferentes male de prædictis fratribus
retulerint, fratres nostri non sint faciles
ad credendum, quin potius eos quantum possunt
excusare conentur. quod si forte ipsi fratres Mi-
nores de Nobis male loquendo, nos quando-
que provocaverint, tamen nullo modo publi-
ce cum eis contendamus, sicut fuit ordina-
tum.

197. Nostra Generalitia Statuta fol.
158. §.XIV. lit. de observantia in sacrum
Ordinem Prædicatorum, sequentia de sermunt.
tamen cum præclarissima Religione Prædi-
catorum, specialiter tenentur habere frater-
nitatis commercium, tum ob Santissimorum Pa-
triarcharum coniunctissimæ Sacræ admirabile

ordo

nexum ~~[illegible]~~ tum ob vtriusque Ordinis simultaneum, ad eundem finem, ortum et progressum, quos vt gemellos in mundi reparatione Ecclesia, Santa vt fecunda Mater prodixit.=

pro eius decr. ex decret. Sac. cong. Rit. de die 2. Dezemb. 1679.

Hinc (quoque praecipimus) SS. Patriarcham P. N. Dominicum maiori nobis permisso, et nuper concesso, cultu celebrare debemus. Eiusdemque SS. M. Patriarchae Successori Generali Magistro eamdem obedientiam, Reverenciam, et obsequia quae Noster Ordinis Ministro a Nobis impendi exoptamus.=

pro eisdem

Hinc quoque praecipimus omnibus Praelatis nostri Ordinis, vt quoties praedictus Reverendissimus P. Magister Generalis accesserit ad Civitates seu oppidum, in quibus Conventus habemus, si in eis non fuerit Conventus sui Ordinis, ab eo exidem petant vt in nostris, sit vt non pro fis hospitari

ni vellit; qui adue Mayora Reverente,
et servitutis obsequia prestabunt, quam
Nostro Ministro accedenti exiverent. Si-
vero, Conventus sui ordinis habeat, et
ad eum accedat tota Communitas Conventus
Nostri in illud opportuno tempore pergat,
ad eum exipiendum, ipsi obedientiam
prestandum, et ab eodem benedictionem
S. P. N. Dominici, recipiendum.

Similiter
quotiescumque Fratres ordinis Predicatorum
qui cumque ad nostros Conventus hospites
accesserint, velut Fratres sui ordinis benig-
ne, recipiantur, et charitative, at per hu-
maniter tractentur. Et ne nimia ipsorum
Modestia accesum tardet, a Prelatis Locali-
bus Non solum invitentur, sed sufficienter
Cogantur accedere.

Ex prima Varchin. et tom. cit.

Obsequium autem nostre
ser

Ex Tom cit.

Serbitiis, et Fraternitatis indicia erga hunc Sacrum Ordinem, non sunt Collocanda in Verbis, quibus abuti potest etiam in Iu-niores a sectis sedinillis quae possent sin-ceritatem ostendere, charitatem radicare, firmare Societatem, Corroborare pacem Clementes Unionem, Dei placitum et edifi-cationem fidelium! proinde quae Fratres Minores tenentur Religionis Praedicato-rum, progressus, incrementa, et honore, Verbo, et opere solicitare, quasi utrique Religioni fuere fraternitatis communia.

Et ne ex parte nostra, illa cuiusvis dissensionis occasio detur, praecipimus omnibus Fratribus N. Ordinis, sub poena privationis officiorum, et aliis Superiorum arbitrio infligendis ne de inceps in contra veriis Scho-

Scholasticis, verbo aut Scripto, minus Reve-
renter taxent nobis confusis aut exagge-
rationibus opiniones a Thomistica Schola,
communiter receptas, nec aliqui illarum de-
cant, illam impingat; nam multoties inimi-
cus, laedit Scholarum laudis inquietudinem
Fraternae Societatis: negotia namque Scholas-
tica non sunt tractanda exasperatione
pueruli, sed candore mentis, cum modestia
Verborum et ponderatione Rationum.

ejusdem

Si autem aliquis Frater Nostri ordinis
(quod Deus avertat ~~quod~~) tentaret escribere
aut loqui contra Sacrum ordinem Praedica-
torum, aut inter eum, et nostrum, zizaniam,
aut discordiam, seminare, in easdem pe-
nas, Sentetur incursu, quae in nostris Statu-
tis, contra perturbatores Pacis, et infamatores
Nostri ordinis Sanciuntur.

Pro ejusdem

Contra Particularem
fra:

Fratrem ordinis Prædicatorum, nullus Frater Noster adhuc provocatus, scribat, nisi prius, monito illius Superiore, vt, eum obliget ad satis factionem reddendam quam si non tribuerit, possit Frater Noster particularem illum (habita Superioris sui licentia) ea, quæ ad profligandam in iuriam, in iuste illatam, et defendendum honorem proprium fuerint necessaria cons cribere.

198. Novissima Statuta condita in Gen. Cap. die 5. Junij ann. 1668 in Iracelitano Cœnobio, celebrato, prædicta, confirmaverunt, et sequentes additiones proposuerunt:

Propterea, cum inter sacratissimum Prædicatorum Ordinem, et nostrum, a quinque iam ferme sæculis vnionem charitatis quod nexum, non hominum solertia, sed perpetuæ cælestis stabilitam fuisse credamus, et iure hæreditario a SS.^mis Nris Parentibus

bus, Dominico, et Francisco acceptam conser-
vare, teneamur SS.mo Parenti Nro Domi-
nico, Nobis specialiter advocato, dilecto,
et ab omnibus merito diligendo floren-
tissime, quae ipsius familiae debitum obse-
quium exhibere, desiderantes, et filialem
nostram venerationem notam mundo fa-
cere volentes renovamus, omnia statuta
decreta, et Constitutiones in ordine Nro,
ad hunc finem huiusque edicta: denuoque
illorum observantiam, tam quo ad obse-
quium, et obedientiam, Rmo Patri,
Nro Magistro Generali SSmi Parentis
Nri Dominici Successori legitimo, et aliis
eiusdem Ordinis Praelatis, respective, sicuti Rmo
Ordinis Ministro Generali, et aliis Supe-
rioribus respective praestandam, quam quo ad
hospitium eorundem fratrum ad Nros Conven-
tus, accedentium, et illorum charitativam, et
be

benigna receptionem, pari immo maiori charitate quā nostros recipimus, statuimus, et intimamus. =

Et in Conventibus in quibus hec nrã fraternalis, et innata unio à nostrorum ordinum felicissimo exordio proveniens, vel temporum varietate evanuisse cernitur, vel demonis astutia zizania seminantis, dissoluta deploratur. Prelatos monemus et (si opus fuerit) ipsis precipimus, ut eam toto conatu, et viribus restaurare curent, et perpetuam stabilire condicitis conentur. Addentes insuper, quod quoties cumq; vel in conversatione aut privato Colloquio, vel in lectione mensæ, vel aliquo quocumq; ministerio Cathedræ, vel sermocinationis de SS.mo P. N. Dominico, pertractare ocurrerit ipsum quo nominare, semper titulo Patris Nostri, nominetur, pari quo veneratione, ac Parens

N.

Nr. Franciscus, ab omnibus utriusque sexus nobis subditis habeatur. Et siquis in tam debita veneratione defectuosus inventus fuerit, a Praelatis reprehendatur, et corrigatur, et si opus fuerit, poenis suo arbitrio pro qualitate negligentiae puniatur.

199. Ex quibus statutis formatur ratio, qua stabilitur negativa pars per contorsiones appositae. 1. quia ut ex statutis citatis constat, quoad obedientiam, obsequium, et venerationem exhibitam a Nris Fratribus, Praelati Dominicani aequivocantur, et equiparentur Nris Praelatis: ergo si Nri Fratres obligati sunt ad obedientiam, obsequium, et venerationem, etiam sub poenis supra expressis, et consequenter omnes sentiunt etiam, debent participare gratiam identitatis

Ordinis saltem in favorabilibus. Antec. ex constitutionibus citatis constat; conseq. sequitur, et colligitur ex illis Regulis Juris sa: qui sentit onus sentire debet commodum et e contra. Et ex illa: Rationi congruit ut succedat in onere, qui substituitur in honore, et e contra. Ergo &ca.

200. Secundo: Superiores Dominicani, teste experientia, (idem dicitur respective de Franciscanis) cum ad Nostros Conventus veniunt Licentias Fratribus tribuunt; et aliquando gradus seu Magisterii, a Nostris Superioribus expediti libenter admittuntur a Nostris Fratribus Praedicatoribus. 3.º In capitulo Generali in Conventu Nostro Tracelitano Celebrato presidente in eo N. SS.mo D. P. Innocentio XIII, (me teste) omnes Fratres Dominicani

cum

Cum suo Magistro Generali obedientiam tribuerint Nostro Ministro Generali, et e contra Nostri Franciscani suo Reverendissimo Generali. Et in proximo Capitulo Dominicano Romae in presenti hoc anno celebrato, idem dicitur factum fuisse: Ergo ex his actionibus identitatem in amore, et charitate fundatam arguitur inter Nostrum, et Praedicatorum Ordinem. ==

207. Hanc identitatem in dilectione fundatam agnovit, et presentem habuit N. SS. P. Gregorius IX in Bulla Canonisationis N. B. P. S. Dominici, quae incipit: Fons Sapientiae; et Ita ann. 12. = 34. = Nonis Julii, Ubi describens Statum Ecclesiae in diversis temporibus, ait: Primo tempore Apos-

Apostolorum. 2°. tempore S.ti Benedicti. 3°. S.ti Bernardi. 2°. tempore S.tor. Dominici, et Francisci: Ubi in una indivisibili, quadriga aperuit viam, et Prædicatorum Religionem scandicit: in quadriga 2. Equos varios, et robustos Prædicatorum, et Minorum Fratrum agmina cum electis Duccibus, simul impelium &c. Ergo, Romanus Pontifex Prædicatorum, et Minorum, Ordines indivisibiliter assumendo, ydemtitatem confirmat.

22. Quarto: ex nostro Martyrologio Romano-Seraphicum, pro die Quarta Augusti, hec etiam idemtitas corroboratur ut pote ita inquit: Bononie de Positio S.ti P. N. Dominici Fundatoris Ordinis Præ

15

Ut Catorum, quem Divina Providentia una cum Seraphico P. N. Francisco, ad Catholicae Ecclesiae fulcimentum, per perpetua, germanitate disposuit: Ergo ex his omnibus identitas Ordinum Colligitur, et consequenter Fratres Minores recurrentes ad Praedicatores Fratres, extra ordinem, non recurrunt. sed eos prohibitum est est recursus extra Ordinem: Ergo &c. — Ita sentiunt omnes Dominicani Magistri, ut affirmavit ejusdem Ordinis Unus Magister: Rochinus ame interro gatus. Ergo Nostra resolutio probabilitatem intrinsecam, et extrinsecam, participat: Intrinsecam, propter allatas rationes: extrinsecam, propter authoritatem, tot Magistrorum: Ergo &c.

203. Per contrabenes 17º: quid

quid explicetur dum dicitur, quod pœna Carceris formalis puniantur Religiosi, qui extra Ordinem, favorem, vel authoritatem interpellaverint ad extorquendas a suis Superioribus facultates vagandi; vel de uno in alium Conventum transeundi? Respondetur, quod Carceris pœnam dupliciter summitur materialiter, et formaliter. Materialiter dum aliquis ponitur inclusus in aliqua cella, vel in Carcere, cum habitu regulari. iste locus communiter vocatur: Domus disciplinæ. formaliter, est reclusio, in aliquo loco, sine habitu: de Carceratione materialiter non loquitur presens Constitutio, sed de formali, ut pote ait: pœna Carceris formalis. =

20. Percontaberis 18: Quid intelligatur dum

tum dicitur: Nec etiam sponte oblatos ab eis minime procuratos, recipere? Respondetur intelligi, quando Secularis promittit, et se offert, quod rogavit Prelatum pro illo Religioso ut conferat illi talem dignitatem; gratiam, vel officium; et Religiosus non respondet, sed tacet. Responsionis ratio fundatur in regula Iuris: qui tacet, consentire videtur; precipue quando res est proficua, et honorificat tacenti, sicut sunt gratiae et dignitates.

205 Representabis 1.° An Religiosus recipiens, ignoranter officium vel dignitatem à Secularis procuratam, incurrat in presenti prohibitione? Respondetur negative: ut pote bona fide recepit officium, et acceptat illud accidentaliter se habet, quod a Seculari sit

Sit procuratum: Ergo &c.

206. Reperconta-
beris 2°: Si in Seculari offerenti fa-
vores Religioso, iste Religiosus contradi-
cat, et ex animo renuerit, et postea inter-
cessione Secularis dignitatem, vel officium
illi detur, illam que acceptet, in tali casu sit
in Constitutione Religiosus inclusus?
Respondetur, etiam negative, ut pote
quia Religiosus favorem non procuravit, nec
illum acceptavit, sed potius rejecit: Ergo
&c. Ita definiunt Peirinus, et Noster
Portell citati.

207. Perconta beris 19°. Quare
dicitur, nec ad hunc effectum, scilicet, ad
obtinendos favores, Secularium, munera
aliqua predictis personis exhibere presu-
mant? Respondetur, motivum prohibi-
tionis

tionis esse: quia Munera potentissime instant, et sunt efficacissime media, teste experientia, ad prosternendas humanas mentes, et ad consequendas dignitates, et officia. ——

208. Reperconta beris V. An Religiosus dans Munera Prelato, idem dicitur comprehensus in presenti Constitutione personis ... pro obtinendis officiis, sit inclusus in hac Constitutione? Respondetur Negative, ut pote Prelatus, et alie Personae non sunt extra Ordinem: Ergo U.ª: Omni committat Symoniam, et altera difficultas: adquam Respondetur, quod si Religiosus Dare, solum det talia Munera Prelato ad captandum eius benevolentiam, vel ad consiliandam amicitiam, ut postea sui memor ex benignitate conferat Prelaturam, vel aliquam rem spiritualem non

non committerat Symoniam: Et pote non datur pactum, et supponitur, et Exigiata gratis datur: Ergo &c. Ita N. Rein Festruel, tract. 5. de Relig. disp. 13. q. 4. fol. 202. cum Lesio, Layman, et alijs.

209. **R**eperconto benij 2°. An Religiosus dans munera Estraneo ad obtinendam Confirmationem officij, vel dignitatis, iniuste negatam, incurrat in praesenti prohibitione? Respondetur Negative: quia in tali eventu, munera dantur non pro collatione, et pro obtinendis officijs, vel dignitatibus, quod est prohibitum; sed pro obtinenda confirmatione quae iniuste deberatur: Ergo &c.

210. **R**eperconto benijs 3°. An Religiosus dans Estraneo, parva munuscula, non sufficientia pro peccato lethali, aut pro inductione illius

Extra

stranei ad procurandum pro ipso tale officia vel gratiam non conjungendo praecessit, vel alia obsequia, in praesenti Constitutione comprehensus sit? Negative respondetur: tum quia gravitas materiae non inducitur, extraneum ut supponitur. 2° quia minusculam munera non sunt; sed quod prohibitur in praesenti Constitutione munerat sunt; Nec ad hunc effectum munera aliqua praedictis personis exivere praesumat: Ergo &c.

## Sectio V.

### Spectantia ad Tertiam §. explanantur.

2 Sistendo in Constit.^e Clementis VIIIj. et Urbano VIIIj. quae incipit. Militantis Ecclesiae data Romae die 1 de Junij ann. 1620. in quibus annuatur eius praeteritum, et

Et abrogatur consuetudo Nominendi praesentandi, seu proponendi in Capitulis Provincialibus, vel Capitulis intermedijs Diffinitores, vel Guardianos consuetudo, cum quod talis consuetudo introducta sit. =

212. Propterea modo in praesenti Constitut. decernitur, quod Patres, scilicet, Deffinitores Generales Patres, officiales Curiae Vt qui iuxta nostri Ordinis Statuta inter dictos connumerantur, etiam Custodes, aut Diffinitores, ex officijs, quibus functi sunt, nullum habere in posterum Jus, arbitrium, superintendentiam, intelligentiam, vel quocumque alio Nomine, nuncupetur, praeheminentiam in Provincijs, Conventibus, Fratrum collocationibus, alijsque dispositionibus, sed liberam omnino esse Provincialibus, et Deffinitoribus (nullo ad praedictos Patres habito respectu)

a

Conventibus disponere, Guardianos insti-
tuere, Fratres collocare, aliaque exequi, pro-
ut communi Provinciarum bono magis
convenire iudicarent. Etiam quod decerni-
tur, sub poena privationis officiorum eo ipso
incurrenda Provincialibus, Custodibus,
Diffinitoribus, nunc, et pro tempore exis-
tentibus, nec titulo convenientiae, vel direc-
tionis, seu alio quocumque nomine, Conventus
invicem partiantur, et in illis Guardiani
nominentur, praesententur, aut proponan-
tur sub aliis titulis. et concludit his
verbis: cum intentionis nostrae sit omnes,
et quascumque huiusmodi Conventus distri-
butiones, Guardianorum, nominationes,
et praesentationes penitus tollere, et abro-
gare.

## Sub Sectio 6.a

Aliqua Supponuntur, et ad aliquas per
con

per contationes sit satis.

213. Dispositiones apposite in hoc § ad consequendam libertatem, in Electionibus mandatae sunt, et ideo non erit incongruum sequentia supponere, et ad aliquas percontationes inquirentes de libertate, et subordinatione respondere. Ideo.

214. Supponitur 1.º Libertatem esse de essentia Electionis, ut constat ex definitione Electionis, ab omnibus admissa: Eligere est unum ex pluribus eligibilibus per determinationem propriae voluntatis assumere, et voccare; sed ubi libertas non est, non datur assumptio propriae voluntatis, sed solum servilis et facta ad nutum alterius: Ergo &.ª Confirmatur paritate Matrimonii carnalis, in quo ablatio libertatis illud irritat, et annullat: Ergo similiter in Matrimonio spirituali, quod contrahitur in

inter Praelatum, et Auditum dum cele-
bratur Electio. =

215\. Supponitur 2.° Constitutionem
in Electionibus impedire Voluntatem. Prop-
terea S. Pius V. pro Nobis statuit in
Constitutione quae incipit: Pastoralis officii, quod
Provincialium Ministrorum Electio li-
bera per Vota secreta fiat, ita ut Commis-
sarius Generalis, vel qui Electioni praesidet,
si formam praedictam transgredit, seu Elec-
tores quo minus eligant, quo vismodo convictus
fuerit, officio privatus existat. Atquamvis
citatus S. Pontifex solum de Electio-
ne, Ministri Provincialis loquatur, de-
omnes, Electiones citata Constitutio exten-
ditur, ut bene adnotant N. Rodriguez
et N. Miranda q. 23. art. 22 Rota-
rius, et alij. =

216\. Nostra Statuta Generalia dicta
con

Confirmant sequentia dicendo §. 2. de Electionum libertate fol. 305. Cum Electio ex sua Natura libertatem importet, non solum ex Statutis Religionis, sed ex iure Naturali, et communi, omnes Electiones liberæ esse debent, alias irritæ, et nullæ forent.

Si autem Praesidens Electionibus Electores, quominus libere eligant quovis modo impedire convictus fuerit, officio privatus existat, ut apud Sanctione Statutum est.

Et cum coarctatio libertatem magna ex parte tollat, declaratur nullam electionem sine speciali facultate apostolica coarctari posse; aliter enim coarctata Electio eo ipso irrita est, et nulla.

217. Supponitur 3.º Subornatione tollere libertatem, in Electionibus, aut

aut saltem notabiliter Ledere, et diminuere solet; quæ communiter ita describitur: Subbornatio est suasio qua suadetur falsum in bonum, vel in malum finem. illa in qua suadetur verum in bonum finem, est bona; illa vero in qua suadetur falsum, vel verum in malum finem, est mala.

218. Supponitur 2.° subbornationem esse prohibitam adversus Romanus Pontifici- bus, a S. Pio V. in Bulla Pastoralis officij datus Romæ die 28 Maij 1571 ubi §. 2.° ait quicumque in Electionibus omnibus, vel ante eas, per tres menses, per se vel per alios subbornaverit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, ad qua nisi a Romano Pontifice pro tempore existente, præter quam in mortis articulo, absolvi non possit; ac voce activa

tres

activa, et passiva, per petitio careat subbornatus, vel alius, etiam pro quo subbornatio fiet, qui subbornantem non detulerit eandem penam incurrere censeatur.

219. Vrbanus VIII in Bulla, quæ incipit: Sacra Congregatio ita loquitur §. 35. Ut omnis officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant omnes a directa, vel indirecta, Votorum seu suffragiorum procuratione tam pro se ipsis, quam pro aliis, tan in Capitulis Locorum, tum in ceteris præsertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi: qui cumque secus fecerint, præter alias penas et Censuras hactenus contra huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo Robore permanere volumus, in penam privationis officiorum, quæ obtinent eo ipso, incidant, et ad futura quæcumque hali-

ter.

ter in Saeculis habeantur super quo-
cum eis dispensare a nemine possit, nisi
a nobis, vel successoribus Nostris et pro qua-
litate excessuum gravius etiam plectantur.
porro supradictas omnes poenas ac complices,
ac simpliciter scientes, et non revelantes esten-
dimus. ==

22o. Nec Constitutiones Generales
in his Pontificijs declarationibus sistendo,
ita loquuntur §. 8. de poenis in ambitiosos, fol.
220: contra subbornatores Constitutionibus
Appostolicis Cautum est, ut qui in Electionibus,
omnibus, vel ante eas per tres menses,
pro se aut pro alio subbornaverit, excommu-
nicationis sententiam ipso facto incurrat;
a quo Non possit absolvi, nisi a Ministro,
vel Commissario Generali. Si vero isti in
idem crimen inciderint, a Solo Summo
Pontifice

Pontifice absolui poterunt.

Declaramus autem illum dici Subornatorem, qui aliquem trahit donis promissis timore obsecrationibus importunis vel laudibus, aut vituperationibus falsis ut suum suffragium alicui in electionibus ferat, vel deneget. Si vero conferendo, aut deliberando, aliquis dixerit quem piam esse dignum, et benemeritum ut eligatur, non est dicendus subornatur.

Subornator etiam maxime censendus erit, quicunque fecerit colligationes pacta conventiones de mutuis suffragijs, et alias quascunque inductiones ad predictum finem.

Statuimus ut ultra predicta quicunque fuerit convictus de subornationis culpa sit, ipso facto actibus legitimis privatus.

His.

221. Ex Cii annotatis, percontaberis 1°: In casu quo Electores videant unum solum esse idoneum et dignum, et ex hoc ad illum eligendum eveniant, in hac electione sit libertas sufficiens? Et dicitur

Respondetur affirmative, et ratio est 1°: quia in tali electione est libertatis exercitio, quae quidem est sufficiens: Ergo &c. 2°. quia talis determinatio ad unum non est ab extrinseco cogente, sed ab extrinseca voluntate diligentium: ergo &c.

222. Nec valet si dicas, hoc esse contra Sacros Canones damnantes electiones coarctatas. Non valet inquam, quia quod damnatur est coarctata ab extraneco, non vero coarctata ab intrinseco, et libera determinatione eligentium, qualis est de qua procedit percontatio.

223. Idem dicitur de Electionibus

nibus Guardianorum, in quibus Patres unum solum proponunt, et facta propositione ad unum solum determinatum per vota liones fit electio; ut pote in similibus electionibus, quamvis datur coarctatio ad unam personam non est talis ut nulla maneat libertas illam non eligendi, et sic possunt, et multoties accidit, electores personam propositam non eligere, et consequenter manet actus electionis liber quoad exercitium, quod sufficit ad perfectam libertatem requisitam in electione dicta: ut pote inquit Angelicus Mag.r 1. 2. q. 13. Art. 6. quod possibile est non esse, non necesse est esse. ——

224. Et si percunctaberis 2.º an licita sit coarctatio in electionibus saltem ad duas, vel tres personas, taliter quod una ex illis debeat eligi? Respondetur

ne

Negative. Ita Bordonus, Rotarius, et alij, adducendo declarationem sacræ Congregationis, ubi interrogatum fuit: An stante libertate electionis liceat Prælato superiori proponere duos, vel tres, ex quibus necessario unus eligatur? Respondit non licere. Et Passerinus adducit secundam decretum, quod authenticum apud se habere testatur, in quo eo pressè sacra Congregatio dixit: Non licere, nec quatuor, nec quinque: ergo &c.

225. Quæres: Contra leges: An locum habeant in casu declarationes citatæ, quo ex lege particulari electiones fieri debeant ex certo genere personarum, ut multæ sunt in nostro Ordine, et ex tali genere personarum non reperiantur idonei nisi duo v.g.? Respondetur negative 1°. quia in

in dicta coarctatione nulla datur injuria, ut pote alii non reperiuntur idonei. 2.° quia Præsidens in dicto casu non operatur ex suo libitu, sed procedit ex officio necessitando Electores ad servandam legem bonæ electionis, quæ requirit mitti in idoneos, et per accidens est, quod idonei sint pauci: Ergo &c.:— 3.° quia ex hoc nihil arguitur contra declarationes appositas, ut pote istæ procedunt de coarctatione facta ad libitum superiores, non vero de coarctatione, quæ oritur ex natura objecti eo quod duo solum sint idonei. Ita sentiunt Lezana, Sigismundus Bonatus q. 10. n. 6. et tandem quamvis breviter hoc etiam tenet Cap. 2. fol. 203. n. 61.

226. Sed advertite, quod dicta sunt vera, quando incapacitas aliorum sit certa et clara, et non solum probabilis, quia

Quia ista non fit, Praesidens coarctans electionem operatur ex arbitrio, et non ex officio, et consequenter non licite exponendo electionem in periculo nullitatis.

227\. Percontaberis 3.º An licita sit coarctatio ex alternativa Nationum, qualis est in Nostro Ordine Ministri et Comissarii Generalis, respective, et in multis Provinciis nostrae familiae Ministrorum, Provincialium? Respondetur affirmative, 1.º quia hoc fit non ex libito Superiorum, sed ex authoritate Pontificia. 2.º Qui non aufertur libertas, sed solum coarctatur. 3.º Paritate Matrimonii in quo necessario libertas requiritur, et nihilominus restringitur, ad certum genus personarum, scilicet, ut fidelis nequeat contrahere matrimonium cum infideli. Ergo &c.

Reper

228. Refer contra bene: An in tali genere personarum nullus alius dignus reperiendum sit, ad aliam personam extra assignatam collectionem? Respondetur affirmative, ut pote omne Jus tam naturale, quam divinum et Ecclesiasticum eligere indignum, prohibet: Ergo in casu posito, quamvis coarctatio sit authoritate Pontificis ad illam non debemus stare, nec obligat in tali casu.

229. Refer contra bene 2°: An penas impositas contra subornatores illas incurrat, qui fecit quod potuit, rogando, promittendo, comminando, &c. ut vocales in suam partem, traheret, et tamen non obtinuit intentum? Respondetur cum distinctione: vel non obtinuit intentum quo ad electionem, vel quo

ad-

ad suffragia, sinon obtinuit quo ad suffragia, in tali casu non incurrit in penas in Statutarij appositas, ut pote Lex inquit: qui aliquem trahit ut suum suffragium ferat, et in tali casu non veri fiatur factio legis et sic &c.

Sed cum dicta subornatio secundum se mala sit, et Religioni nociva pena gravissima debet puniri arbitrio Superioris. =

230. Si sequatur quo ad suffragia, quo ad electionem in tali casu incurrit non vero, quo ad electionem in tali casu veri fit incurrit penas. Ratio est, quia in tali casu veri fit incurrit penas. Ratio est, quia in tali casu veri effectus subornationis, et certe datur effectus subornationis, caret, et certe datur suffragatio, quamvis non ut pote vere datur suffragatio, quamvis non. Sequatur electio secundum mentem subornati; Sed pene sunt imposite contra subornantes pro consequendis suffragiis: Ergo &c. =

231. Percontaberis S.^r Ant. incur sius

Ipsus ingenii dicti, qui subornaret per septem vel octo menses ante Electionem? Ratio dubitandi sumitur, quia Statutum dicit, qui in electionibus, vel ante eas per sex menses::: Subornaberit, excomunicationi &c. sed qui subornavit ante Electionem in septimo, vel octavo mense non subornavit ante electionem per sex menses: Ergo &c: Respondetur ergo quod in tali casu datur incursio vera ingenii a Statij. Probatur quia lex habet locum ubi ratio legis locum habet: Ergo lex &c: Apponitur restrinctio illa ad sex menses, quia subornatio ordinarie tunc accidit, quando Provinciæ incipiuntur visitari à Commissarijs Generalibus, quod ordinarie, ante Capitulum, vel Electionem per quatuor, vel per sex menses fieri solet. =

232. Ut constat ex N. 217. datur Subornatio

natio, bona, et mala: propterea pro fine prae
senti sub sectioni praesentaberi 6.° Con-
per allegatas Constitutiones prohibeatur bona
Subornatio, et in bonum finem facta? R.°
Rodriguez tom. 2. q. 55. tenet allatas Consti
tutiones intelligi de bona, et non de
bona, Subornatione: ut pote finis Constitutio-
num aliud non est quam providere nec in-
digni, et ambitiosi eligantur.

233. P. Macedus, est sanctorius Cap. 15.
§ 130. et alii contrarium tenent:
1.° quia lex generaliter loquens, genera-
liter debet intelligi 2.° quia non minora
nascuntur inconvenientia ex Subornatione,
quae dicitur bona, quam ex mala. 3.° quia
quamvis Subornatio sit bona, seu in finem
bonum facta, non tollitur per hoc quod non

fiat

Fiat, perdona, permissa, timorem obsecrationes, et per alia similia; sed hæc omnia arguunt, et tollunt Libertatem, eligentium: Ergo 8º: 1ª Sententia ut probabilis refutatur a Nro Vandem. 2ª Vero ut magis probabilis meo videri. 2ª sequenda est.

234. Sub Sectio 2ª

Ad aliquas percontationes pertinentes, ad abrogatum, et prohibitum in hoc § 3º §. respondetur.

Ut ex dictis constat in antecedenti Subsectione, omnino Necessaria est libertas in Electionibus, ut Electiones rectæ, et secundum Deum sint. Ideo Constitutio præsens abrogat, et annullat pretensum Jus inter Diffinitoribus

pe-

Venerabilibus, ex officialibus Curiæ Romanæ, et alijs Patribus in Constitutione hac nominatis, et cætera quæ constant in n.º 6. = propterea.

235. Deprecantes vero Pn. Patres Definitorij, quibus solummodo competitur eligendi Guardianos, eligant talem, vel talem fratrem in Prælatum talis, vel talis Conv.tus Mon., quia certe sciunt hoc esse secundum voluntatem talis, vel talis Patris Prov.lis, verendo merita dicti Patris, et venerando dignitatem illius: Anitalis sit prohibita electio? Idem dubitatur de assignatione fratrum in hoc, vel in alio Conventu. = Ratio dubitandi, summitur ex eo, quod in præsenti Constitutione, dicitur, loquendo de electionibus, collocationibus, alijs quæ dispositionibus

nibus; Liberum omnino sit Provincialibus, et Diffinitoribus (nullo ad praedictos Patres habito respectu) de Conventibus disponere, et si videtur electionem praedictam esse cum respectu ad Patres, et consequenter comprehensa:=

236. Respondetur ergo negative. Ratio, quia in tali eventu omnino liberal esset talis electio in Provinciali, et diffinitoribus, quod est quod exigitur in Constitutione praesenti: Liberum omnino sit Provincialibus: et quod sit facta respiciendo merita, et venerandam dignitatem, et secundum voluntatem dicti Patris, non ex hoc sequitur quod sit cum respicientia prohibita: utpote quod prohibetur solum est, eligere, praelatum, disponere in Conventu et collocare Patres solum respiciendo

ad Patrem, vel Matrem, et in Testamento... suo... rand. de Meritis Eligendi, de Voluntate Fratrum, et Conventum. Veritas hec comprobatur doctrina a Nobis tradita tit. 16. Vbi cum Communi D.D. hassemitur non esse contra Libertatem Eligentis, nec Communitt Symoniam vt constat Cap. Suam de Electione, quia Elect. et oratur per Eligendi, si rogante aliquo Eligendo, Elector det officium non habito respectu ad preces sed ad merita Eligendi: Ergo Pater quamvis de Fratrum Eligat predictum Prelatum respiciendo merita Electi, et non per respicientiam preces Patris, non Elegit Electione prohibita, vt notet per accidens est quod talis Electio sit contra Voluntatem Patris et non itt contra

sic 88=

Nec

237. Nec dicta contra hoc tenent, utpote prohibitum solum est electionem, 8°. esse sine resistentia meritorum, et solum cum resistentia Patrum, quod in responsione à nobis non asseritur, sed ipsius contrarium. —

238. Percontaberis 2°. An casu quo ex partitione Conventuum nominando in eis Guardianos modo in constitutione prohibito, sequatur Pars Provinciae, et non illum observando, divisio, et discordia Fratrum; an in hoc casu obliget ordinationum in Constitutione praesenti? Respondetur quod si vere timeatur discordia, et perturbatio Provinciae, in tali casu non obligat praesens constitutio. 1°. quia Lex Ecclesiastica qualis est praesens Constitutio.

Statuto, non obligat cum tanto incommodo, ut
Constat ex dictis cum communi DD.
Constitutiones mandantes quod eligan-
tur digniores, non obligant in casu quo,
sequatur perturbatio pacis, et sic in-
tali eventu electores possunt eligere
licite, et sine peccato dignum, dimisso
digniore, ut tenet Lezana 1. p.
Cap. 15. n. 12. et cum illo, et alijs
Donatus, tract. 2. de electionibus, fol.
91. n. 7. Ergo pari foramine, praesens
Constitutio non obligat in casu perturba-
tionis pacis. Nec quod sit Iurata addit
In praesenti casu, ut bene advertit Donat.
sic. = Dicitur severe timeatis quia in hoc
multiones timor solum aparens est, et
amore proprio, et ambitione, fundatur:

Vigi-

Vigilent, in hoc Prælat.

239. Ex contra bus 3:

Obstit contra præsentem Constitutio-
nem, ante Electiones habere tracta-
tus, particulares Electores cum præ-
dictis Patribus tractando cum illis de
Electionibus faciendis, et de meritis
Eligendorum? Ante Vessontione, sup-
ponitur, dari tractatus malos qui talem
illi sunt omnino, tales sunt ambitiosi
tractatus, conventionales cum mutuis pac-
tis, promissionibus, et pendentes, a quibus,
Unus quisque quærit, quæ sua sunt, non quæ
Jesu Christi, et agitur de Prælatis Eli-
gendis non meliorbus pro bono Pu-
blico Religionis, sed de Melioribus
pro bonis Privatis, isti tractatus non solum

sunt

Sunt prohibiti in praesenti Constitutione, sed contra illos clamant omnia iura.

220. Dari etiam tractatus bonos, in quibus examinatur praesens status Religionis, vel Provinciae, quae de optimo Capite, et digni Praelatis providendum est comparantur ad invicem qualitates, eligendorum, ut praeferatur dignior dignis, et addinus praecludatur indignis.

221. Hoc supposito respondetur, quod isti sunt boni tractatus, quia de malis nullus dubitat de eorum malitia, et cum recto fine cum dictis Patribus, non sunt prohibiti. Ratio: Praesens Constitutio non prohibet actum virtutis, sed tales tractatus, ut modo de fine facti, sunt

Sunt actus Statuti, ut Ex se patet; Ergo &c.ª

242. Secundo: quia presens Constitutio non obligat ultra finem intentum a N.º SS. P. Benedicto XIIIj sed finem intentus N.º SS. P. ē probibere ne indigni, et ambitiosi eligantur, et minus digni dignioribus preferantur: Ergo In presenti Constitutione, ipsolo prohibetur, quod huius fini adversatur non tamen quid ordinatur ad Rectam, et Perfectam electionem; sed tractatus boni, et cum recto fine cum predictis Patribus ad rectam et Perfectam electionem ordinantur: Ergo &c.

243. Nec quod predicti tractatus sint ante electionem, et cum Patribus

tribus condecoratis obstat. Non. 1º quia ut bene inquit Donatus quocunque tempore non prohibite fiant isti tractatus, suscipi- cet, in tempore scilicet Sollemnij, dum bono fine, et recta intentione fiant, semper sunt liciti. Nec obstat quod cum nomi- natis Patribus fiant, ut pote tales, quia condecorati, et magis expertj non- sunt peioris conditionis. Sed isti tracta- tus solum alijs prohibiti non sunt in prae- senti Constitutione: Ergo pro[...] titulo cum talibus Patribus.

224\. Reperiuntur bene in suppositione dicta, quid sit licitum, et illis Patribus non prohibitum in praedictis tractatibus particularibus? Respondetur sequendo doctrinam

Nava.

Navarro, Rodriguez, Perini, Lezana, Pasqualegi, Paserini et aliorum 1º esse licitum Patribus suaviter, et utendo rationibus, et motivis honestis, prudentia duce, inducere Electores ad hoc ut non eligant indignum, vel dignum pro digniore.

295 Secundo: Procurare vota, vel suffragia pro persona, quae omnibus pensatis circumstantiis, existimatur dignior dummodo procuratio non sit mendaciis fingendo falsas virtutes, quae vere in tali persona non reperiuntur, vel talis procuratio non sit cum minis, vel Sacrilegiis promissionibus, pactis, vel aliis similibus circumstantiis, quae de se mala sunt.

Ter-

226. Tertio prohibitum non esse, si-
Patres procurantes suffragia pro aliquo
Religioso incerte sint an ille sit dignior,
potuerunt in tali eventu eius virtutes pro-
ponere, commendare, et suadere eius
electionem: Et pote in tali casu nullus
esset evidenter dignior, et omnes sunt pa-
res in Meritis, et consequenter in tali-
pre ferentia nulla datur iniuria.

227. Quarto licitum est et non prohibitum
Patribus proponere in praedictis tractati-
bus, quae pro sua indemnitate sunt opportu-
na ad exclusionem alicuius ex cuius
electione rationabiliter timent illis e-
minere incursum damnum: Ratio quia
in tali eventu illa persona non est dig-
nior et pote dignior non est, ut inquit Ro-
tarius

Pirotarius tom. 3.° Lib. 3.° de Praelatu-
ris et Officiis, Cap. 2.° & Cap. et, Electio-
nibus, fol. 366. N.° 7.° Coacius electio-
ne, timetur in sucrum dangnum Innocen-
tis; sed in dicto casu timetur hoc: Ergo D.ª:
Sed advertite, quod dicta Intelleguntur,
si recte fiant, hoc est, cum intentione, vt,
eligatur digniores, et sine vllo mendatio,
vi, aut fraude: in hoc praedicti Patres non
parum studeant vt pote proprius amor
est valde subtilis.

248. Reperiuntur 2.°: An licitum sit indictis Patribus
facere preces importunas, immo inportunissimas
ad electiores recto fine ad impediendam illicitam electionem. Affirmative
respondetur: Ratio quia ita agentes
laborant pro bono publico, vt bene inqui
ant

ant, Turre-cremata, Rodriguez, Suarez et Lezana: Ergo non solum in illis hoc est licitum, sed valde laudabile, imo nessesarium ne Religio pereat, et observantia destruatur.

24. Si contra dicta insurgas dicendo, dicta esse contra libertatem exigitam in omnibus Electionibus, et in presenti Constitutione multoties insinuatam: Ergo &a. Arg. suadetur, quia ex predictis propositionibus, et ex dictis dicitur saltem oritur reverentialis timor: sed talis timor diminuit saltem Electorum libertatem, et sic isti eligunt, hoc faciunt cum respectu ad Patres: Ergo &a.

25. Respondetur omittendo quod resultet metus reverentialis, ut pote non semper datur teste experientia, et negando intentum. Ratio, quia Le-

Levy, et reverentialis metus non tollit libertatem exigitam ad rectam, et Canonicam Electionem, ut bene inquit Rotarius cit. n. 12 nec quod talis metus habeat originem a Patribus, per accidens est ad rectam electionem, ut pote electores non eligunt propter Patres, sed propter merita, et essentia sua subiecto proposito a Patribus, et consequenter non operantur contra prohibitum in hac praesenti Constitutione, ut iam manet dictum.

251. Dicitur in solutione, omitendo quod resultet metus reverentialis, et quod talis timor non tollit libertatem exigitam ad canonicam electionem: quod confirmatur paritate: per Concilium Tridentinum, et varias Constitutiones libertas exigitur ad vota, et ad contrahendum matrimonium; sed non est contra Concilium, nec libertas exigita tollitur per metum

so-

Solum Reverentialem, ut pote nunquam Ecclesia declaravit irritas esse professiones factas per talem metum mere Reverentialem, nec similiter nulla esse Matrimonia cum tali Reverentia facta: Ergo similiter quamvis amittatur, quod etiam et vitatur metus Reverentialis ex prae dictis propositionibus ad praedictis Patribus factis, non arguitur, nec sequitur intentus, Ita sentit R. Martinus in 2. disp. 7. n. 123. citando pro se plures alios.

252. Percontabe-

ris 2.° An prohibitus sit in assignatione Patrum Theatinorum, vel Confessorum Monialium Conventum, illam facere cum respectu ad mensionatos Patres? Videtur quod non, quia solum prohibitum est quod

Com

Conventibus disponere, Guardianos instituere, Fratres collocare; sed in his clausulis non fit mentio de praedictis Vicariis, et Confessoribus: Ergo quamvis talis assignatio sit cum respectu, sive respicientia ad praedictos Patres non est contra praesentem Constitutionem.

253. Hoc non obstante respondetur esse prohibitum. 1: per eis Fratres collocare, ut pote vere sit collocatio dum assignantur praedicti in Vicariis, vel Confessoribus Monialium. 2° quia dato quod per citatas clausulas non sit prohibitus, esse per alias, scilicet: alia quae exequi prout communi Provinciarum bono magis convenire censerint; sed multum pertinet ad commune bonum Provinciarum, quod electio seu nominatio praedictorum Vicariorum, vel Confes-

Confessorum, ut respiciendo Deum, et merita Electorum, et non Patres, hoc non respicientes, sed suam conveni-entiam, vel utilitatem: Ergo &c.

254. Idem dicitur de Collocatione Novicio-rum, et de eorum instructione: Et prae-ter illa dependet Ordinis, vel Provinciae conser-vatio, vel eius destructio, et consequenter hoc ad bonum commune spectat, et sic non-cium respectu prohibito habet specialit.

255. Perconte levis S. Anni Diffinito-res, interse conveniant dicendo, Ego tibi pro-me, in hac Electione, scilicet, in elec-tione Guardiani talis Conv.tus et ego-Ero prote in Electione Prelati alterius Conventus, vel aliter; Ero prome in assig-natione talis, vel talis, Fratris, et ego Ero prote &c.a an tales, vel similes con-ventiones prohibitae sint?

Respon

Respondetur affirmative, ut poste tales conventiones sunt execrabiles et a pluribus Pontificibus prohibitis: Ergo

Rº: An in dictis conventibus detur Symonia, diversimode discurrunt A.A. = Donatus, q. 22. et Fusse probat esse tales electiones Symonicas. Rosignolus tom. 3. de contrat. et Symon. Sanchez tom. 1. Sotus, et cum illis Rotarius, quamvis affirment tales electiones esse Vitiatas, non tamen Vitio Symoniæ; sed ex hoc prescindendo cum citato Rotario dico; abstinendum esse a quacunque conventione, ne tractatus qui nunc permittitur de discutienda merita ut eligatur dignior evadat Congregatio Patrum inqua multi sed damnus indigni. =

Pexcon-

257. Percontaberis 6° Anne non observetur, scilicet, quod in capitulis et Congregationibus Provincialibus Constitutio, praesens legatur, et Vocales Iuramentum praestent, nulla dictarum Patrum habita ratione, eligere in Provincialem Custodum, Definitores, et Guardianos, qui iuxta Constitutiones, Nostri ordinis eligi debent, et dignitatione, restituunt, electiones sine tali iuramento factae nullae sint, et dato quod nullae non sint, non faciendo Iuramentum, electores peccent.

258. Respondetur, quod electiones sine tali Iuramento factae nullae non sunt praecise ex hoc capite: Ratio est, quia quamvis detur praeceptum ut constat ex verbis requiritur omnibus et singulis &a: non datur decretum irritans electiones vicium reddantur nullae: Ergo &a. Respondetur 2°. quod electores

liores, pretermittentes predictum Iuramentum, Lethaliter peccarent, utpote & facerent, in re gravissima, violantes presentem Constitutionem. Hoc est conforme consententiae Donati loquentis de Electoribus tract. 2. fol. 67. n. 11. et aliorum. =

259. Percontaberis 7.° quod explicetur dum precipitur, scilicet, quod familiae Conventuum, a solo Diffinitorio deputentur: et quid intelligatur pro familijs Conventuum? Respondetur, quod precipitur, quod ab integro Diffinitorio, hoc est, a maiori parte in Capitulis, et Congregationibus, familiae assignentur, secundum merita Religiosorum, et necessitatem Conventuum, et non a solo Provinciali: utpote in determinatione totius vel maioris partis Diffinitorij cessat presumptio mali-

Malli, hoc est, quod tales obligationes non sint secundum Merita, et Necessitatem Conventum, quod non accidit in assignatione facta a Admrdo Provinciali, ut pote q[uae] a Persona particulari facilis exeditur [illegible] duci non amore iustitiae distributivae, sed amore propriae convenientiae, vel alterius finis particularis.

260. Ad secundam partem perconstationis accedendo, Supponitur, ut constat, ex Constitutio: Barcin. et Tolet. an. 1583. ad diffinitores in Capitulo congregatos cum Preside et Provinciali, pertinere omnes Guardianos, Monialium Confessores, Lectores Theologiae, et ceteros officiales, qui in tabula Capitulari apponendi sunt, eligere. Hoc supposito Respondetur, quod praeter assignatos, deputationem ceterorum Fratrum componentium familias Com-

ven-

ventum, a Definitorio rota praesentem Constitutionem debet fieri et non utcumque, sed sine respiciendo ad memoratos Patres Provinciae, sed solum respiciendo merita Religiosorum, utilitatem, et necessitatem Conventuum in Provinciis valde extensis non solum in numero Conventuum, sed etiam in numero Fratrum ut sunt fere omnes Hispaniae, hoc erat valde onerosum, et quasi moraliter impossibile, teste experientia, et sic in aliquibus Capitulis post Constitutionem hanc celebratis in illis Praesidente N. R.mo P. Joanne de Soto, Comiss.o Generali, hoc quia moraliter impossibile non fuit observatum, ut in fine huius addictionis constabit. ——

261. Pero contra Lex 8.a Andeputans, Collegarum S. Bonav.e Hispalensis

ma

maneat, per presentem Constitutionem abrogata? Ratio dubitandi, quia deputatio Decatorum Fratrum fit, non in Capitulo Provinciali, sed post illud, et non a Definitorio, sed solum a Lectoribus dicti Collegij et Regente, praecedendo electiones seu assignationes Ministri Provincialis &c:

262. Respondetur ergo Negative. Ratio, quia praesens Constitutio intendit tollere abusum introsum in aliquibus Provincijs, ex quo magna incommoda sequebantur, ex nominandi a Patribus Prov. non solum Guardianos; sed haec incommoda non sequuntur ex nominatione facta modo, et methodo observato Fratrum, seu et Collegarum dicti Collegij: id est &c.

2°. quia praesens Constitutio non anullat Constitutiones in hac materia expeditas sed electio, seu deputatio Collegarum facta a

a Lectoribus cum Rmo Prov. e per Constitutionem SS. Innocentij XI roborata, inde est, quod de tali electione seu Nominatione presens Constitutio non loquitur et consequenter &c.

263. Peruntobezij

9.° Anni unus, vel duo Fratres in Capitulo, vel Congregatione assignentur independenter a Diffinitorio, a solo Provinciali, an tales assignationes sint contra presentem Constitutionem? Respondetur negative: utpote quod precipitur est, quod in Capitulis, et Congregationibus familiae fratrum a Diffinitorio deputentur, non vero quod omnes fratres: sed non deputando unum, vel alterum vel aliquos assignando vere et proprie verificatur, quod familiae fratrum a Deffinitorio assignentur: ergo &c.a Confirmatur, quia talis determinatio restringit, et coarctat authoritatem

tatem Illmi. Ministri Prov. ergo ut pote pœnalis stricte e interpretanda. ═

264. Sub qua pœna teneantur fratres assignati ad Conventu̅ Domini̅ le conferre, clare constat esse pœna Carceris formalis. Si sint impediti ut non possint assignationes adimplere, ad Definitorium debent recurrere, ut declaret si est verum vel falsum impedimentum: Casu quo Definitorium sit dissolutum, at minorum, ad Provincialem debent recurrere, ut pote ad hunc spectat in hoc, et similibus Casibus dare Providentiam. ═

# Sectio VI.

## Spectantia ad 2.um et ultimum. §. declarantur.

265. Intentum præsentis §. est revocatio suffragiorum, perpetuorum in Capitulis et Congregationum

Cgationibus Provincialibus, illam etiam extendendo ad Capitula, et Congregationes Generales; ideo incongruum, non erit aliqua ad hanc Materiam expectantia, supponere propterea.

## Sub Sectio 1.ª

Aliqua Neccesaria, et spectantia ad præsentem Materiam supponuntur.

266. Supponitur 1.º quod S. Pius V. in Bulla, quæ incipit: Pastoralis officij dat. 28. Maij ann. 1571. circa vota per petua Patrum, sequentia determinat: quodcunq; Minister Generalis, Commissarius, vel Procurator Generalis, vel Provinciales in eo Capitulo quo absolui debent, Definitores non sint neq; Vocem habeant, sed facta Successoris electione, discendat. = Clemens VIII. in

In Bulla: Seraphicum Ordinem die 20 April. ann. 1600 determinat Ministros et Diffinitores actuales tantum habere Votum in Capitulis, et Congregationibus.=

267. Supponitur 2.° quod Gregorius XIIJ in Bulla: Consuevit Ann. 1579. revocavit determinatum à S. Pio V. in Bulla cit. Pastoralis officij rationem hanc alegando: Neque enim, inquit, æquum censemus, ut ijs, qui negotiorum Ordinis habent experientiam, et notitiam, ex iussis, rectoris, Generales, et Diffinitores novos, rerum Religionis non ita gnaros, aut expertos ab illis pronuncietur, et diffiniatur. quæ ratio etiam locum habet quoad Diffinitorium Provinciale.=

268. Paulus V. in Capitulo

an.

ann. 1606. præsidente in eo Rmo Dom. Garcia Millino Archiep. Rhodiensi, et Sedis Apl. ad Regem Catholicum Nuntio, Patres dictos declaravit perpetuos Discretos Provinciarum, rationem adducendo, ne desint in Definitorijs et alijs Capitularibus Congregationibus Viri graves et experti.

262. Gregorius XV. ann. 1622. Motu proprio, qui incipit: Militantis Ecclesiæ, omnes hos Provinciarum P. P. et Definitores, seu Discretos perpetuos in toto Ordine extinxit. Cum vero multa in Provincijs, oriebantur incommoda ex exclusione dictorum Patrum; Capitulum Romanum ann. 1639. supplicavit SSmo Domino Urbano VIII. ut omnes illos Patres, et Provinciarum Discretos restituere vellet. Supplicatione audita pro nostra Tismon

tana

tana, Familia, Patres illos de novo suscitabit, non tamen omnes, ut constat ex sequenti Bulla datt. 23. Julij ann. 1639. quae talis est:

Vo. Onerosa Pastoralis Officij cura nobis ex alto, meritis licet imparibus commissa crebro nos admonet, ac inducit, ut ad Statum Xpi Fidelium quorumlibet, praesertim Regularem vitam profitentium salubriter dirigendum operosis Studijs intendentes, ea, quae pro felici eorum gubernio, prosperaque directione provide statuta, et ordinata esse comperimus, prout consideramus in Domino salubriter expedire.

Nuper siquidem ad aures Nostras pervenit, quod definitoribus in Definitorijs omnium Provinciarum Ultramontanae Familiae Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci qui Ministro Generali eiusdem Ordinis subij ci-

cuntur, ijs, qui Provinciæ Patres Nuncupantur, et inibi præstantiores Iudices, electores que habentur, magna totus Ordo sustinet, incommoda, et Subditorum Regimen, et officiorum provissio difficiliora indies efficiuntur: Ideo que communi Voccalium in Generali dicti Ordinis Capitulo nuperrime, celebrato congregatorum assensu, decretum fuit Nobis supplicandum esse ut omnes Patres Provinciarum, quos fel. rec. Recordationis Gregorius XV. Predecessor noster, per suas in simili forma Brevis litteras abstulit, et abolevit, nos de benignitate Apostolica restituere dignaremur. Verumtamen Reinde fruitor Generali maturius deliberata de Concensu dilecti filij Nri. Francisci, S. Laurentij in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini Nuncupati, S. Romanæ Ecclesiæ Vice Cancellarij, nostri

se

Secundum carnem ex Fratre Germano, Nepotis, ac Ordinis praedicti apud Nos, et Sedem Apostolicam Protectoris, Statutum fuit, Ut duo tantum Patres Provinciae in praedicto Singularum Provinciarum Ultramontanae Familiae (idest nostrae) huiusmodi Definitorio intro ducantur, Unus Scilicet, qui in Provincia, Velequis dignior sit, ille nimirum, qui inter Patres Provinciae primum Locum sibi Vendicat, qui quidem semper in Definitorio assistat. Alter vero, qui inmediate Ministri Provincialis officium absolverit, Ut sequenti etiam inmediate Triennio dumtaxat eam obtineat dignitatem, et in Definitorio assistat ea lege tamen ut si iste ex qualibet Causa deficiat, in eius Locum subrogatus eo ipso sit qui ante ipsum Minister Provincialis inmediate extiterit. Triennio autem

huius

huiusmodi transacto, alius qui Ministri Provincialis officio etiam immediate functus fuerit subsequatur, et sic de inceps de triennio in triennium, dumtaxat servetur, ita quod nunquam hi duo Patres, in dictarum Provinciarum Definitorijs confluerentur; quod si contingat, ut qui erat dignior, et perpetuus in Definitorio huiusmodi, vigore praesentium literarum assistens, alio titulo de eodem Definitorio existat, sibi que ius in illud ingrediendi competat, tunc ineius locum ipso facto, subrrogatus sit ille Pater Provinciae, qui eidem dignitate proximus fuerit.

Quare Nos atendentes ea ratione et multitudinem Patrum Provinciae, auferri ac de ijs qui pro felici Provinciarum huiusmodi directione et guverno

ne

necessarij sunt, sufficienter providere ac prædictarum Gregorij Prædecessoris huiusmodi literarum tenoribus, et datis præsentibus pro expressis et insertis habentes, motu proprio, et ex certa scientia Nostra, quæ deliberatione nostris institutionem seu Vestitutionem prædictorum duorum Patrum Prov. pro Definitoris Provinciarum, prædictarum in dicto Definitorio Generali, ut præfertur, factam apostolica authoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adijcimus ac omnes, et singulos tam Iuris quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus. =

Decernentes illa, et præsentes literas validas, firmas et eficaces

exis

Exoritere et fore ac omnibus ad quos spectat, et spectavit in futuram inviolabiliter observari.

Sicque per quoscumque Judices ordinarios et delegatos::: quo circa dilectis filiis Ministro Vicario, seu Commissario, Generalibus dicti ordinis in virtute, S. obedientiæ præcipimus et mandamus Ut præsentes literas inviolabiliter observari, curent, et faciant non obstantibus. &c.

# Subsectio II.

## Suppositis dictis ad aliquas percontationes respondetur.

271. Insistendo N. SS. P. Benedictus XIIII. incitatis Constitutionibus S. Pij V. Clementis VIII. et Gregorij XV. in hoc §. revocat perpetua suffragia in Capitulis et Congregationibus tam

tam Generalibus, quam Provincialibus, ut clarè, constat ex textu ipsius Constitutionis. Variè, ex variis determinationibus in praesenti revocatione appositis difficultates nascuntur. ideo =

222. Percontaberis V. Pri dum praescribitur quod Provinciarum gubernia juxta nostrae ordinis Constitutiones singulis triennis ex integro immutentur, ut nullatenus perpetua reddantur, contra hoc sit quod Minister Prov. qui est in eo officio in Custodem eligatur, et Patrem Provinciae in Diffinitorem? Respondetur negativè. Ratio: quod praecipitur est, quod gubernia Provinciarum singulis triennis juxta ordinis Constitutiones integre mutentur, et nullatenus perpetua reddantur; sed in casu percontationis hoc verè, et propriè verificatur: ergo &c. Probatur Minor: In tali eventu Minister Provinciales in Definitorio, seu gubernio, non est Minister, sed Custos et

A Pater Electus, non Pater sed Definitor, neque ex hoc per petuantur, ut pote talis Electio non est ad perpetuo, sed Triennalis: Ergo vere, et pro prima integre mutantur, et nullatenus per petua redduntur: atqui tales Electiones sunt Iuxta Constitutiones Ordinis: Ergo &c.

273\. Confirmatur: Ut lex §. 2 Verb. obligat. inquit: quid quid abstringendae obligationis est, id nisi palam exprimatur, ommissum, intelligendum est: sed quod electiones, Custodis, et Definitoris in personis dictis non exprimitur in praesenti Constitutione: Ergo, ut ommissum habendum est, et consequenter, ut non prohibitum.

274\. Confirmatur 2°. paritate regalis Pragmaticae huius Regni, in qua ad destruendam, per petuitatem officiorum dispo-nit

nit, quod Prætor finito tempore Prætorij non eli-
gatur, iterum in Prætorem; cæterum permittit,
et contra illam non est electio in Senatorem:
Ergo pariformiter contra per petuitatem prohi-
bitam Non est &a:

US. Confirmatur 3.º non est contra
hoc si Definitor finito tempore Defini-
tionij, immediate eligatur in Ministrum Pro-
vincialem, ut omnes debent Concedere: Ergo,
Pariformiter. Consequentia urget, ut pote
talis Definitor iam erat in Definitorio
et quia nova est electio ad diversum officium
Guvernium integre Mutatur denovo: Ergo &a
Confirmatur: Gregorius XV. Citatus in
hac Constitutione de Crevitt sequentia: insu-
per, quod Fratres prædicti, qui officio Ministri
Prov.s Custodis, et Definitorij functi sunt
nullo modo possint Reeligi nisi sexenio, tran-
satur; sed prædictum Mandatum non in-
te

Eligitur, nisi reduplicative, hoc est, definitor ad definitionem Custos ad Custodiatum, ut declaratum fuit a Sacra Congregatione Conc. Die 15. Nob. ann. 1633: sed quia noba est electio, quamvis sit eadem incita persona, salvatur mens citati Pontificij per perpetuitatem in oficijs prohibentij: ergo similiter &c. =

276. In N. Melfis incomm. nostrarum Constitutionum Cap. 8. Stat. 37. fol. 286. N. Martinus a S. Joseph in declarat. Const. citat. Gregorij XV. = Totum hoc confirmatur: in Prov. Conceptionis, post publicationem et acceptationem praesentis Constitutionis, electus fuit in Custodem R. P. Fr. Josephus de olivares Minister Provincialis in capitulo antecedenti; et in Prov. Argenth. R. P. Fr. Petrus Calvo etiam Minister Provincialis inmediatum, in Custodem fuit electum; Prae-

si

sidente in vno, ea altero Capitulo N. Rmo P. Fr. Joanne de Soto Comissario Generali.

277 Peruntaberis 2°. Anne contra praesentem Constitutionem quod Prov. Pater in Definitorijs assistant? Vel procedit per contrario de assistentia cum voto, sicut antea assistebat Pater antiquior, et immediatius Pater, vel sine illo. Si in primo Sensu loquatur, respondetur, Solum Ministrum Provinciallem, qui deinit officium vna cum voto Definitorio in omnibus actibus, et Definitoribus Capitularibus votum decisivum et consultivum habere; in reliquis Definitorijs, particularibus et Congregationibus intermedijs nullus Prov. Patrem votum habere, vt ipse solum Minister Prov. Custos et Definitores in talibus Congressibus votum habent. Totum hoc constat ex textu ipsius Constitutionis

tionis: ipsos que Ministros Provinciales suo tunc officio functos votum etiam consultivum, et decisivum in omnibus actibus Capitularibus, una cum Novo Definitorio, et Presidentes dumtaxat habere: in reliquis vero Definitorijs et Congregationibus intermedijs, solos Ministros, Custodes, et Definitores hujusmodi voce consultiva, et decisiva, uti et frui debere: Ergo &c.

278. Si in 2.º sensu perceptatio procedat, hoc est de assistentia sine voto, Respondetur talem assistentiam prohibitam non esse. Suadetur 1.º quod prohibet, annullat, et abroga insistendo in Constitutionibus S. Pij V. Clementis VIII. Gregorij XV. Constitutio presens sunt omnia et que cumque per pelua suffragia, tam de Jure, quam de Consuetudine in Capitulis, et Congregationibus vel De-

fi-

108

Definitorijs Particularibus; sed ex

pro Assistione hac assistentie prohibi-

tio, non Arguitur: Ergo &c. Major patet

ex Constitutionis textu dicentis: ac proinde

in hac parte Literis S. mem. Pij V.

Clementis VIII et Gregorij XV Romanorum

Pontificum praedecessorum nostrorum

hac super re emanatis insistentes, omnia,

et quaecunque, per petita suffragia tam de

Iure, quam de Consuetudine quomodo

in Capitulis, Congregationibus, vel Di-

finitorijs Particularibus Provinciarum,

et Custodiarum tam de observantia quam

de Reformatorum Discalceatorum, Re-

collectorum vel alio nomine nuncupato-

rum ::: Competentia Motu Scientia ac de

potestatis plenitudine ::: perpetuo Revo-

camus, annullamus, et abrogamus, nullius

que roboris, et momenti decernimus. Fore

esse

esse declamus. Probatur Min. quia nullum verbum prohibitivum talis assistentiae in Constitutione reperitur: Ergo quia poenale ad illam non debemus extendere. ——

279. Secundo suadetur: Solum assistentia Praetoris, vel Senatoris, Secularis in Capitulis, et Congregationibus regularibus, non est prohibita, nec tales assistentiae annullant electiones, ut tenent Pasermus, et alii: quibus adheret Votarius tom. 3. Lib. 3. Cap. de Cap. et Electio. ~~folio~~ 307 n. 47. Pignateli tom. 10. Consult. 16. n. 3: Ergo si assistentia secularium in sententia horum Doctorum licita, et prohibita non est in Congressibus Capitularibus, potiori titulo assistentia talium Patrum prohibita non debet esse, et consequenter &c.ª ——

280. Tertio: teste experientiam, Patres Visitatores Provinciarum ex Comissione Ministrorum vel Commissariorum Generalium,

in

In Capitulis Ubi assistunt Ministri, vel Comissarij Gener.s In Electionibus Votum non habent; sed hoc non obstante in omnibus Congressibus assistentiam habent, et ad eos eo spectat curare ne indigni ad officia eligantur, vt Constat ex Constitutionibus: in particulari loco, et tempore:::: Votum non habent in Instituendis Guardiani; et alijs officialibus in Capitularis tabula apponendis. ad eos tamen spectat, et ab eis dem diligenter Curandum est ne ad hujusmodi officia promobeantur quos indignos, legitime judicaberint: Ergo quamvis dicti Patres Votum non haveant assistentiam havere possunt, Curando omnia Recte fiant, expressique quod digni eligantur, et indigni excludantur.

281. Repraesentaberis V.: An non solum possint praedicti Fratres modo dicto, assistere sed an debeant voccari ad Definitoria

nales Congresus, ordinarios et Capitulares a Ministro Provinciali, ut in eis assistant cum consultivo Voto? Cum distinctione respondetur, scilicet, loquendo de aliquibus, et non de omnibus Patribus, et non de omnibus Congresibus, sed de illis in quibus agenda sint aliqua gravia negotia Provinciae. De his loquendo, in eis non possunt solum assistere, sed adeo vocari debent. Suadetur. Hoc est determinatum in praesenti Constitutione loquendo de Patribus, et discretis ordinis, vel familiae, ut constat ex ipso textu: Itaquod Superiores Generales huiusmodi in arduis ordinis, vel familiae negotiis aliquos ex Discretis, et Patribus praefatis, quos maluerint, consulere, et etiam ad ordinarios Congressus si eis commode fieri potuerit, vocare debeant, prout Religionis bono conducere cognoverint; sed eorundem Voto militat de discretis, et Patribus Prov. et de Congregationibus, et Capitulis Provin

Vincialibus, quae militat de Discretis et Patribus ordinis, et de Capitulis, et Congregationibus generalibus, ut in ipsamet Constitutione asseritur, cum eadem processus sit ratio de Capitulis, et Congregationibus Generalibus: Ergo sicut solus Minister, vel Commissarius Generalis in arduis negotiis familiae vel ordinis cum praedictis discretis et Patribus debet consulere, sed etiam si commode fieri potest ad ordinarios Congressus debet illos voccare consequenter, militando eadem ratio Minister Provincialis cum Provinciae Provincialis in arduis negotiis Provinciae cum [illegible] Patribus debet consulere et ad congressus vocare, et consequenter non solum possunt assistere in Congressibus definitorialibus modo dicto, sed ad ordinarios Congressus si commode potest fieri non omnes, sed aliquos Provinciae Patres debet voccare.

282 Dicitur aliquos Patres, quia non omnes

nes, debet Voccare: 1° Suadetur ex textu
ipsius Constitutionis: aliquos ex dicti Pa-
tribus: Ergo Non omnes: 2° q° aliquos
Voccando ad dictos Congressus in illis non de-
ficiunt Viri graves ex gesti Verum Peritis-
sini, qui novos in officijs Definitorialibus
excudeant, adiuvent, et bonum commune pro-
moveant. Motivum meo videri ob quod Cons-
titutio asserit illos Vocare debet si commode
fieri potest: Ergo quamvis aliquos debeat
Voccare, non omnes, sed illos quos Maluerit.=

283. Si contra hoc dicas: Ergo Nihil Novum
circa hoc decernitur in presenti Constitutione,
sed solum innovatur citatus decretus Urbani
VIIJ in quo disponit, quod Solum Pater an-
tiquior, et Pater inmediatus in Definitorijs
sint, et quod Cæteri Patres excludantur:
Ex Dictis constat quod aliqui Patres
Ut poste ex debeant Voccari ad Ordinarios Congressus,
sed hoc dicendum Non est: Ergo &c.=
Aliis

284. Respondetur intentum negando, quia quamvis concedatur aliquos Patres debeant voccari ad ordin[os] Congresus, isti non debent esse assignati in Constitutione Urbani VIIJ sed quos voluerit nominare et voccare Minister Provincialis, vel Presidens Congresus. 2°: quia tales Patres quamvis voccati et presentes sint, non esent cum voto electivo, sed solum consultivo. Patres vero assignati ab Urbano VIIJ presentes erant cum consultivo, et electivo voto: ergo non bene dicitur nihil novum esse determinatum in hac presenti Constit.

285. Reperes contra bene 2°: An Ministri Provinciales v. g. casu quo consilium petat ad predictos Patres, teneatur illorum concilium sequi? Negative respondetur 1° quia quod

pro

præsens Constitutio disponit est quod in gravius Negotiis consultat, quos maluerit consulere, non quod datum Consilium ab illo sequatur: Ergo &c. 2.º Est commune Juristarum axioma, quod qui tenetur petere consilium, non teneatur illud sequi. Nec ex consilio obligatur, qui petam ad aliquod faciendum, Rota. Cap. quis, quis, 14. q. 1. Ubi dicitur: Ubi Consilium, datur offerentes arbitrium est: ubi præceptum, necessitas et servientis; sed in præsenti Constit.e solum de Consilio loquitur, et nihil de præcepto: Ergo &c.

286. Noster Rodriguez tom. 1. q. 30. art. 27. clarissime pro hac veritate stat, ubi ait: Non ex eo quod Jubeatur convocare vos (Patres) infertur, quod Consilium sit Necessarius sequendum sed Habendum tantum ut Uberius, et

d.

Vtilitas ... statuum exequatur: quod potest, multis legibus, et exemplis comprobari, quibus, Concilium ad vtilitatem, et non ad necessitatem requiratur: Ergo authoritate, et ratione tanti, Magistri Nostra responsio clare confirmatur = Idem sentit Lezana tom. 1. p. 2. cap. 13. n. 23. =

287. **P**erpende verbis 3.ᵉ **C**on in sequentibus verbis, Omnia et quecumque perpetua suffragia tam de Iure, quam de Consuetudine ::: revocamus, annullamus, et abrogamus &c.ᵃ Vota lectorum, jubilatorum, que secundum Constitutiones in Capitulis Provincialibus habebant, abrogatur, et annullatur? Affirmative respondetur, 1.º ex verbis ipsius Constitutionis, in quibus revocat annullat, et abrogat omnia, et quecumque perpetua suffragia tam de Iure, quam de consuetudine, in capitulis, Congregatio-

tionibus, et Diffinitorijs. sed Verba ista Omnia, et quecumque Suffragia universalitatem explicant, et comprehendunt omne, quod ex talibus (explicant) Causa ortum habet ut inquit Barbosa, in descisionibus dict. 241. ergo per Verba illa, omnia et quecumque Suffragia ::: perpetuo Revocamus annullamus, et abrogamus, ob abrogata, et revocata manent non solum perpetua Suffragia Provinciae Patrum? Sed etiam Iubilatorum Lectorum; Mayor sunt Verba presentis Constitutionis, Minor Veritatem includit, et Consequentia Sequitur, ut pote de Natura universalis est omnia universaliter includere, ut Constat ex textu. In Capit. Obitam de Mayorit. et obbta Pros pero Fagnano sit Lib. 1. decret. de electione Cap. cum in cunctis, §. In feriora. fol. 257. n. 33. ____

Notre

288\. Nostræ Resolutionis Veritas etiam ex Verbis ipsius Constitutionis suadetur: Volentes proinde in Capitulis Provincialibus huiusmodi Guardianos, Diffinitores, Custodes et Provinciales Ministros, ac Presidentes, Capitulares, Vocem activam pro novo Definitorio eligendo, ipsos que Ministros Provinciales, tunc officio functos, Votum etiam Consultivum, et decisivum ::: dumtaxat habere; sed in his Verbis exprimit, et designat Vocales Electionis Ministri Provincialis, Custodis, et Definitorum, et non assignat, nec nominat Lectores Jubilatos, sed potius illos excludit Verbis dumtaxat: Ergo prædicti Lectores in dictis Electionibus Votum iam non habent.

289\. Confirmatur: Per Patrum, qui ante pertinent Suffragia Prov. ea-

habebant in Capitulis, sine dubio quod per presentem Constitutionem annullantur: Ergo, Suffragia etiam Lectorum Jubilatorum. Consequentia probatur: Ideo per presentem Constitutionem suffragia Patrum Provinciae abrogantur: quia Constitutio abrogat perpetua Suffragia, sed vota, seu Suffragia Lectorum Jubilatorum perpetua erant, ut ex statutis constat; ipsi deinceps Jubilati censeantur, gaudeantque Voce activa, et passiva in omnibus Capitulis Provinciae, Perinde ac si essent perpetuo Guardiani: Ergo sicuti vota perpetua abrogantur Patrum Patrum suffragia in Capitulis, et Congregationibus, propter eamdem rationem Lectorum Jubilatorum suffragia, quia perpetua, manent abrogata.

29. Quinta hoc dices: V. Lectores Jubila-

ti

Ut ex Constitutionem Constat, respectu Su- 112

ffragij, sunt, et reputantur Guardiani: ac si essent

perpetuo Guardiani; sed per presentem Cons-

titutionem Guardianorum Suffragia in Capitulis

non revocantur: Volentes proinde in Capitulis

Provincialibus huiusmodi Guardianos::: Vo-

cem activam et passivam::: duntaxat habere:

Ergo Jubilati Lectores Ut pote Guardiani,

saltem in ordine, seu ratione Suffragandi

in omnibus Provincialibus Capitulis, Vo-

cem activam et passivam habent, ed conse-

quenter, eorum Suffragia per Constitutionem

presentem nonsunt revocata.

Respondetur

221.

Distinguendo Maiorem: Jubilati Lectores

respectu Suffragij, sunt, et reputantur Guar-

diani, iuxta Constitutionem, Guardiani

per petui, Concedo Mayorem non perpetui,

seu

Seu triennales, nego Mayorem. Itaque non-negatur Guardianos Vocem activam, et passivam, in Capitulis Provincialibus iuxta presentem Constitutionem havere, sed isti sunt Guardiani triennales et non perpetui, quales esent Lectores Jubilati ratione suffragandi: inde est &c.

222. Ultra: Qua Constitutio non inquit Lectores Jubilatos esse Guardianos, sed ac siesent perpetuo Guardiani, quod distinctum est ac si actualiter sunt Guardiani, et solum quo ad Vocem, et suffragium, non pro una vice, sicut havent pro prelatis Guardiani, sed perpetue; sed perpetuitas, in suffragio est quod revocatur et manet, probatum: Ergo duam bis non revocentur Suffragia Guardianorum, revocata sunt, Jubilatorum suffragia.

223. Si dicas 2.º quod in presenti Constitutione

ctione Lectoribus Jubilatis de numero Conce-
deretur Jus Subrogandi, ut constat ex numero
11. vel ... Lectores Jubilati: Ergo illis
negandum non est Votum, seu Suffragium
in Capitulis Provincialibus = Respon-
detur, Concedendo antecedens et negando
Consequentiam, non bene arguitur e jure subro-
gandi ad jus suffragandi, ut clare constat,
in ordinis, et Prov. Patribus; isti Jus
subrogandi habent juxta presentem Consti-
tutionem, et non jus suffragandi: Ergo quamvis
Lectores Jubilati de numero jus subrogandi
habeant, non arguitur ex hoc jus suffragandi =

292. Quare conceditur jus subrogandi, et
non suffragandi? Principalis ratio est,
quia sic voluit Legislator; minus Principalis
quia ex subrogatione perpetuitas non arguitur;
Ceterum ex Voto aliter concesso, perpetuitas
haec colligitur, ex sic Votum abrogaretur, quia
ap-

(8)

assignare perpetuitatem, non vero subrogando: Wommia et perpetua suffragia perpetuo revocamus.

295. Percontaberis 2.° quid dicendum sit de Commissario Generali Indiarum in Curia Regis Catolici residentis? Supponendum est Sixtum V. Constitutione cum ad regendos ann. 1587. Motu proprio Concessisse Commiss. Generali Indiarum pro tempore existenti quibuslibet Cap. Generalibus, et Congregationibus et in omnibus actibus etiam Capitularibus, quae in futurum ubilibet celebrentur, in electione Generalis Ministri, et alias in omnibus, et per omnia perpetuo, vocem activam, et passivam.

296. Et. Supponendum est ut constat, Statutis Generalibus, dictum Commissarium Generalem actu fungentem officio.

Notitio, per Patres perpetuos Ordinis et Familiae
Dignitorem protempore Patrem et Directorem
Ordinis Vezittani, et dum esset in actualitate
sui officij, etiam esset directus, et ut solem
in omnibus Definitorijs tam intra Capitu-
lum, quam extra Capitulum, votum consul-
tivum, electivum et decisivum habere
et ex Romanis ann. 1651. in electione
Vicarij aut Vice Commisarij Generalis, in casu,
quod non sit alius Pater ex perpetuis dig-
nitur, ad talem Commissarium Generalem
pertinere sigillum tenere convocare, et etiam
praesidere.

297. Cui supponitis, V. Respondetur
Commissarium Generales Indiarum habere
Votum in Capitulis Generalibus, et Con-
gregationibus, nominalissi omnibus Congre-
gationibus Definitorialibus Generalibus.

quo

Quo ad 1.am partem suadetur: Iuxta praesentem Constitutionem in electione Ministri Generalis, et Definitorum Votum habent, qui iuxta Ordinis Constitutiones sunt de Corpore Definitorii Generalis: illi tantum imbi Votum habeant qui iuxta Ordinis Constitutiones de Corpore Definitorii Generalis fuerint; sed iuxta Sixtinam citatam, et Ordinis Constitutiones Commissarii Generales Indiarum sunt de Corpore Definitorii Generalis: Ergo &c.

298. Confirmatur: Quod inhibet et prohibet praesens Constitutio, est Votum, seu Suffragium in Capitulis Generalibus in habitualitate fundatum Ordinis Patrum Inhibentes proptereo omnibus et singulis praedictis Ordinis Patribus ne in Capitulis, et Congregationibus Generalibus praefactis quisquam eorum in posterum cuiuscumque habitualitatis

Q[ualitates] etiam Generalatus, praeter suffragium ~~Ferre~~ possint pro superioribus Generalibus, vel Deffinitoriis noviter eligendis. sed ~~Vere~~ Commissariis Generalis Indiarum in Capitulis Generalibus, et Congregationibus Conceditur nom[ine] Fudatur, in habitualibus, sed in offici actuali: Ergo tale suffragium, ~~ece~~ Votum non est per hanc Constitutionem abrogatum: = Minister Generalis in Constitutionis. Patet: Ut in Generali, in Conventu B. Mariae de Araceli de Urbe, Congregato Capitulo, et quibuslibet aliis Capitulis Generalibus, Congregationibus et in omnibus actibus eorum Capitularibus, quae in futurum ubilibet Celebrantur: Vocem activam et passivam tenere praesentem Concedimus, et Indulgemus: Consequentia, sequitur. =

299. Quo ad 2am Scilicet quod in 2is

Con

Congressibus Definitorialibus Commissarius
Generalem Indiarum vocem
et votum habere, probatur ex verbis
praesentis Constitutionis circa hoc decentis:
quibus absolutis, loquitur de Capitulis
et Congregationibus Generalibus soli
Ministri et Commissarii Generales noviter
electi cum eorum officialibus Curiae et
Definitoribus qui versum ordinem, vel
familiam respective, seclusis quibuscunque
ordinis Decretis valeant, et debeant morari:
ergo in dictis Congressibus allatis Commis-
sarius Generalis Votum non habet. Con-
sequentia patet: quia soli, et seclusis quibuscunque
ordinis Decretis, omne aliud Votum praeter
assignata excludunt. Ut tenent Fagnanus
et N. Amadeus Rein festestum
communem B. D.: ergo &a.

Resp.

3.. Res per contrabenj 2º. Predictum Comissarium Generalem in Capitulis Provincialibus hac Prov.e et in omnibus Definitorijs tam Capitularibus, quam non Capitularibus non habere vocem electivam nec decisivam: Probatur: Ut manet dictum, in Capitulis Provincialibus per presentem Constitutionem solum habent votum Guardiani, Definitores, Custodes, Provinciales, Ministri et Presidentes Capitulares. In Definitorijs Capitularibus novum Definitorium, Presidens Capituli, et Minister Provincialis qui tunc desinit officium; in reliquis Definitorijs partitularibus, et Congregationibus, intermedijs Soli Ministri Provinciales, Custodes et Definitores; sed in his nominatis non anginatur, nec nominatur talis Comissarius Generalis, sed potius omne aliud, preter assignatis, loco cluditur: ergo &.a

Per

301. Percontaberis 5.º Quid dicendum sit de Vice Comissario Indiarum in hac Civitate Hispalensi dicta Constitutiones Generales recidente? Supponitur dictum Vice Commissarium, ut constat ex Statutis Romanis ann. 1639. et ex toletanis 1673. gaudere vocem passivam, et activam in Capitulis huius Prov.ᵉ cum circunstantia quod fuerit Custos, vel Definitor. Hoc supposito respondetur, modo tale votum, seu vocem non havere propter rationem in num.º antecedenti allegatam. illam vide, ne dicta repetantur.

302 Commissarij Gen.ˢ Novę Hispanię, et Regni Peruani, casu quo in aliqua Prov.ª suę commissionis, finito officio, remaneant modo suffragium non habent in Capitulis, et in alijs Congressibus Definitorialibus, ut antea habebant per toletanas Constitutiones 1625. et

Romanas

Romanis 1662 concessum, ratio ex dictis et tam patet.

3.3. De Commissario Generali Nationis Germaniae et Belgicae, N. quandem de jure agit cap. 7. §. 20. de Commiss. Gen. Nationis fol. 226. et de illo affirmat ex Constit. Rom. ann. 1651. transacta Commissione remanere in illo gradu in quo antea erat; sine ulla praeheminentia, vel praecedentia, et sic de illo agendum non est.

3.4. Per contrahens 6.º quod dissonat praesens Constitutio in ordine ad substitutiones, et subrogationes tam in Capitulis, et Congregationibus Generalibus, quam in Capitulis Provincialibus, et inter mediis Congregationibus. Pro maiore claritate suppono quod est V. Subrogationem esse successionem alterius in loco Deffinitoris vaccantis cum eisdem iuribus per

istum tempus quo durare debebat Definitor Vaccans. Substitutionem esse ingressum alterius in locum Definitoris absentis cum eodem suffragio pro illa tantum functione, quæ in absentia Definitorij celebratur.=

3.5. Supponendum est 2°: Substitutionem in Definitorijs Prov.^s in usum non esse, et ideo in Recopilatione Stat. dicitur fol. 339. sequentia: Substitutiones Definitorum Prov.^m nunquam fiant, sed convocatis de iure convocandis ad Definitorium, cum accedentibus ad ipsum, functiones Definitorij celebrantur; alijs deficientibus nec spectatis, nec suppletis. In Definitorijs Generalibus tales Substitutiones locum habent.=

3.6. Primo: Quia sic ex Statutis Generalibus constat: Si nullus talis fuerit (loquitur de habentibus ius subrogandi) substituatur Minister, Custos, vel

De Commissarius Prov.lis ex quo erat Diffinitor absens = Secundo ratione: quia ratio ob quam in Congressibus Generalibus non solum Subrogatio admittitur, sed etiam Substitutio, est, ut nullo eventu Nationes, vel Prov.e destituantur necessario Patrocinio in Capitulis Generalibus, sed quamvis solum admittatur Subrogatio, et non Substitutio in Diffinitorijs Prov.lis, Prov.a, et Conventus in talibus Congressibus. si sufficiens Patrocinium habent, quod non accidit in Congressibus Ordinis. Diffinitorialibus: Ergo &a

3o). Supponendum est, 3o. Patres habentes ius subrogandi ante praesentem Constitutionem esse qui fuerunt, Patres Gen.s Ordinis Comissarij Curie Romane per integrum Biennium, et qui fuerunt Diffinitores Generales: modo quia Patres Ordinis, et Familie in Diffini-

torij Generalibus Suffragium non habent, hoc ordine debent Subrogari, Ut ipsamet Constitutio asserit, et dis ponit. 1°. Ordinis et Familiæ Discreti, deinde ex officiales Romanæ Curiæ, ac ex Deffinitores Generales, postea ex Ministri, et Prov. Patres ═══

3.8. His suppositis, ad per contationem Respondetur cum verbis ipsius Constitutionis dicentis: Quod attinet ad subrogatem Patrum in Capitulis, et Congregationibus, sive particularibus Deffinitorijs, aut Congressibus tam Generalibus, quam Provincialibus, ea omnia servare Libere Mandamus, quæ aliàs per Statuta dicti Ordinis præscripta reperiuntur, Ita ut secundum Uniuscuiusque gradum, et dignitatem, primo Ordinis, et Familiæ Discreti, deinde ex officiales Romanæ Curiæ ac ex Diffinitores Generales postea ex Minni et Prov. Patres respective, Ista eorundem

Sta

Statutorum dispositione substituantur, et subrogentur. Ex quibus verbis clare patet (quamvis de subrogatione, et substitutione dumtaxat sermo fiat) que pertinet ad perceptionem substitutorum. Vestionis; perspiendo in subjpercontationis Vessionis; perspiendo in substitutionibus, et subrogationibus tam generalibus, quam Provincialibus statuta ordinis observari.=

3.9. Ad maiorem claritatem Respercontaberis, qualia sint ordinis statuta circa presentem materiam, que observari precipit Constitutio hec? Respondetur esse sequentia: quotiescumque extra Capitulum vaccaverit morte, vel alia quacumque causa officium Deffinitoris Generalis, hoc ipso subrogatur Pater Dignior, qui habet ius subrogandi in Deffinitorio Generale, servando in subrogatione distributionem, que in electione disponitur, ita ut pater subrogandus non sit ille, qui dignior invenitur in tota familia, aut Natione, sed qui invenitur dignior in illa cogerie Provinciarum cui Deffinitor Ge-

Generalis concedatur, ita taliter, vt pro Deffinitori Generali defuncto ex observantibus Hispanis, subrrogetur dignior Pater Hispanus, qui habet ius subrrogandi, ex observantibus, pro Discalceato Discalceatus, pro Lucitano, Lucitanus pro Recollecto, Recollectus, pro tertiario tertiarius. Ita determinatum fuit in Cap. Gen. Tolet. 1673. iuxta Constitutiones Toletanas ann. 1633. et Cap. Gen. Romano ann. 1639.

310. Casu quo Pater non sit cum iure subrrogandi, non est facienda subrrogatio sed substitutio, vt est determinatum in Capitulis Toletano 1633. et Romanis 1639. et 1651. in quibus statuitur ad hoc vt, in nullo eventu Nationes, et Reformationes destituantur necessario patrocinio in Generalibus Capitulis, determinatur quod si daretur casus in quo aliquis ex Diffinitoribus electis, vel

vel subrogatus non esset presens, in suo loco
substituatur alius ex eadem provinciarum
Cogerie ex qua erat Definitor absens, vide-
licet, ille qui in eodem Capitulo invenitur
dignior in illa Cogerie cum Iure subrogandi,
Si nullus talis fuerit, substituatur Exminister,
Seu Vicarius aut pro Minister Prov. illius
ex qua erat Definitor absens, et in horum
absentia Custos substituatur.

311. In Congregatio-
nibus Generalibus, si aliquis Definitor Gene-
ralis obierit, et non sit in Cogerie Provinciarum
ex qua assumptus fuit, Pater aliquis cum
Iure Subrogandi in Definitorium Genera-
lem, Minister Prov. de qua erat Definitor
defunctus substituit, et ut Vocalis legitimus
Vocandus est.

312. Item quando de Subrogatione
Definitorias Prov. Capitula Romana
an-

annis 1587. et 1612. decreverunt, Invoccatione actualis Deffinitoratus Provincialis Pater dignior ex his, qui habent Jus subrrogandi, subrogetur, si non est in Deffinitorio, et casu quo nullus Pater sit antiquior Deffinitor, debet subrogare observando ordinem praecedentiae. His omnibus deficientibus, subrrogare debent Guardiani secundum ordinem quam habent Conventus in Constitutionibus, dummodo Guardianatus vel tinquant. =

313. Per contraberis; Per Recollectos in Capitulo Romano ann. 1625. determinatum fuit, Ut pro observante subroget observans, et pro Recollecto Recollectus; et sic quamvis in observantia sit Pater Provincialis cum Jure subrogandi, non iste, sed antiquior Pater Recollectionis, aut Deffinitor subrogetur; et casu quo nec Pater, nec Deffinitor Recollectionis dentur subrrogare debent Guardiani Re-

Recollectionis, antiquitatem observando Conventum, Recollectionis.

314. Praeter dicta, Capitulum Toletanum 1658. determinavit, quod nisi liquis Definitor fuerit subrogandus, et post cuius subrogationem aliquis Pater dignior intrans antea in Definitorium sit extra Definitorium, subrogatio Definitoris cesset, et talis dignior Pater in loco Definitoris vaccantis subrogetur.

315. Haec sunt quod disponunt, et ordinant Statuta Ordinis in ordine ad subrogationes, et substitutiones tam in Capitulis, quam Provincialibus, et quae Constitutio praesens observari mandat; ea omnia observari debere mandamus, quae alias per Statuta dicti Ordinis praescripta reperiuntur. Solemn eumdem distinctione, quod ex Ministri Generalis, et Ex Com-

Commissarij Generales, seu discreti Ordinis, seu familiæ subrogent in primo loco, quod antea locum non habebat, ut ipsæ retinerant discreti dicta statuta in Definitorij Generalibus respective, hoc est, ex Minister Generalis in toto Ordine, ex Commissarius Gen.lis in sua familia. Modo dicta presentem Constitutionem actualiter non sunt, et sic in primo loco, quia dignioris, subrogare debent.—

316. Præsentabeni 1.º quid explicetur dum in presenti Constitutione dicitur. Volentes tamen quod Provinciales Ministri officio functi, et, quod inter eos, ad præceptum Constitutionum Ordinis Præfati connumerari solent, sibe sint ex Guardiani Jerusalem, ex Secretarij aut ex Commissarij Generales in Partibus Indiarum, vel Lectores, Jubilati de Numero. Respondemus quod

Quod in aliis verbis disponitur, quod ex Ministri Provincialium, ex Guardiani Hierusalem, ex Secretarii Generales, et Commissarii Generales, et Lectores Jubilati de numero, ita subrogent, ut equalem ordinem observent: V.g. 1° Discretorum ordinis, vel familiae scilicet, ex Ministri Generales: vel ex Commissarii Generales: 2° ex officiales Curiae Romanae: 3° ex Deffinitores Generales. 4° ex Ministri Provinciae Patres: 5° ex Guardiani Hierosolimitani; 6° ex Secretarii Ministri, vel Commissarii Generalis: 7° ex Commissarii Generales in Partibus Indiarum: 8° Lectores Jubilati, de numero, et alii =

317 Repraesentaberis: Quod ex plicetur verbis aliis? Respondetur intelligi ex Deffinitores, et Guardiani extra ordinem tabulae seu antiquitatem Conventuum: an

an vero Deffinitores subrogari debeant ante Lectores Jubilatos: Et videtur affirmative Respondendum est, ut Constat ex dictis in presenti Constitutione dicente: Ut secundum Unius cuiusque gradum, et dignitatem subrogatio fiat: sed in dignitate, et precedentia ex Deffinitores sunt ante Lectores Jubilatos: Ergo ex Deffinitores debent prius subrogari. = 2°. quia per Statuta nostre familie ex Deffinitores subrogationem habebant; non vero Lectores Jubilati: Ergo in presenti Constitutio mandat in subrogatione, observari Statuta, quamvis Lectoribus Jubilatis subrogationem det, ista non debet esse ante ex Deffinitores. =

318. Pex contraberis

8°: quid Cooplicent sequentia verba

pre

præsenti Constitutioni: Cum menti et intentioni Nræ sit, ut hoc substituendi et suffragandi Ius non aliquo tantum, sed in omnibus Patribus, quibus illud competit, suum sortiatur effectum? Respondetur, praevidere hoc modo intelligi, scilicet quod si in hac hebdomada, V. g. subrogavit antiquior Pater, in sequenti, quamvis non sit ocupatus, non ille, sed immediatus ad illum debet subrogaret, et sic de aliqua servando in se antiquitatem, et ordinem assignatum. Intea hoc non observatur, et sic multoties verificabatur, quod idem Pater in omnibus vacantibus subrogabat, quod modo non ita debet esse, sed observare in hac Constitutione mandatum.

319. Percontaberis 9.° An dictus ordo observandus sit in subrogatione de

Deffinitorii Recollecti? Affirmative respondetur, non tamen absolute sed cum grano salis; hoc est, quod non semper, idem Pater, aut ex Deffinitor Recollectioni subrroget, sed cum ordine iam dicto, ita ut inter se antiquitas observetur, taliter, quod si subrrogavit Pater Recollectus, non iterum debet subrrogare, sed subrrogato in tali casu ad ex Deffinitorem Recollectum, transeat, et sic de cæteris taliter quod semper sit in Deffinitorio pro Recollectione votum.

320. Dub. 3º: An debeant Lectores Bis-Jubilati subrrogare ante ex Deffinitores? Potest esse difficultas quia in bis Jubilati Lectores ante Deffinitores precedentiam habet; sed quamvis ita sit, attamen ad subrrogationem non debent ante Deffinitores intrare. Ratio, quia solum

pr

C praecedentiam, et Non subrogationem per Sta-
tuta Lectores Bis Jubilati habent; sed
praesens Constitutio, Ut iam dictum manet,
quod praecipit est quod ordo in Subrogatio-
ne Constitutionum observetur: Ergo nisi
iuxta Constitutiones subrogationem non ha-
bent, Deffinitores vero illam participant:
Lector Bis Jubilati ante Deffinitores
non debent Subrogare. =

321. Percontatio 10:

Quid decernendum sit de Praecedentia in Electio-
ne Vicarii Provincialis? = Respondetur
observandum esse, determinatum per Cons-
titutionem Generalem, scilicet: Si Officium
Ministri Provincialis morte vaccaverit,
illico devet eligi Viccarius Provincialis
ab integro Deffinitorio, iuxta Statuta
Generalia; etiam si paulo ante Capitulum
Provinciale moriatur Minister. =

Guareña

Guardianus Conventus, ubi eum decere Contingerit una cum Secretario Prov. Registrum, et Scripturas ad Provinciam Spectantes claudet, et sigillabit, et eas cum sigillis Prov. ipse, vel Secretarius ad Digniorem Prov. ipsius Patrem adducet=

Dignior vero Pater sine dilatione ulla debet convocare omnes Patres qui sunt de Corpore Deffinitorii, ad Conventum, in quem se lexius possunt convenire Vocales.

Pater dignior qui tenet sigilla debet in Electione presidere cum voce activa, et passiva, si aliàs ad hanc non est in habilitatus, ad alio Iure; Loco autem ipsius Presidentis non est subrogandus alius Pater, nam ipse Exercet officium digniorii.=

Non est Celebranda Electio,

3 Vicarii Provincialis quin prius superior Pe-

Generalis consultatur, et recipiatur eius responsum, si contigua ab esset in spatio triginta leucarum dictarum, hoc est triginta leucarum computandarum a confinibus Prov. ubi vaccatio contigit; si vero longius distet, eo inconsulto, fiat electio.

322. Suadetur: Quia in hoc nihil agitur contra determinatum in praesenti Constitutione, quae sic ergo praesens Constitutio. N. 11. sequentia: quod attinet ad subrogationem statum in Capitulis, et Congregationibus sive Particularibus Definitoriis, aut Congregationibus tam Generalibus quam particularibus, ea omnia servari debere mandamus, quae alias per Statuta Ordinis pres cripta reperiuntur; sed praesentia in electione Vicarii Provincialis pertinet ad lineam subrogationis. Ut hoc se

Docte probat N. Rev.mus et Doctus P. Fr. Petrus de Menthumea in declaratione Constitutionis Gregorii XV. quae incipit: Militantis Ecclesiae, in qua abrogat omnes per petitus Prov.es Patres: ergo ipsa eius Constitutio praecipit observantiam Constitutionum, et istae dant praecedentiam Patri Digniori, iste debet praecedere, et confirmare Vicarii Provincialis electionem. =

223 Confirmatur; quia post promulgationem citatae Constitutionis Gregorii XV. in Prov.a S.ti Jacobi obiisunt, et fuerunt viri Doctissimi, Pater dignior ad electionem Vicarii Provincialis convocavit, et illam confirmavit, ut confirmat citatus Pater: ergo si hoc non fuit contra Gregorianum Statutum, similiter, ut pote militat eadem ratio, sub

Subrogatio, praesidentia, et Confirmatio in praesendicto casu non devet esse contra praesentem Benegdictinam Constitutionem: ergo &c. Idem decemdum est de praesidentia in electione Vicarij Generalis, vel Vice Commissarij Generalis, pro portione servata. ==

324. Percontaberis 11. An ad Electionem Vicarij Generalis modo Concurrere possint cum voce activa, et passiva, Ministri Provinciales, et Custodes in nostris Constitutionibus assignati? Negative respondetur: 1.° quia ut constat ex praesenti Constitutione, finito tempore Capituli Gen.s Soli Ministri et Commissarij Generales Cum officialibus Curiae et Definitoribus seclusis quibuscumque alijs, in Congregationibus Definitorialibus votum habent. Sed electio Vicarij Generalis devet fiè

Obtenit in aliquo Diffinitoriali Congresu: Ergo si ministris soli dicti Votum habent; Consequenter &c.

325. Secundo: in dicta Sectione vt constat ex presenti Constitutione Ordinis Patres Votum non habent: Ergo si tales Patres illo non gaudent, potiori titulo illum non deuent habere annumerati Ministri, et Custodes.

326 Numero 12. Noster SSmus P. Benedictus XIIII, quia benignus Pater penam ex comunicationis impositam ab Urbano VIII contra Patres extra Ordinem procurantes favores, et contra ipsos Prelatos, in pena privationis officiorum Commutat. = In n. 13. omnes excogitabiles preservativas clausulas apponit. = In 14. amplissimam derogationem Contrariorum, ad Bucit = In 15. Disponit vt

Sup

Superiores in omnibus Provincialibus Capitulis de observantia praesentis Constitutionis diligenter inquirant. Circa hanc Inquisitionem, non paucae oriuntur Difficultates. propterea sequens subsectio, apponitur. =

## Subsectio iij et ultima

### Aliqua necessaria supponuntur, et ad aliquas Percontationes respondetur.

327. Pro maiore claritate supponitur 1°. Ministrum Generalem, et Commissarium Generalem, Iure Divino, Naturali, et Iure humano positivo, obligationem Visitandi habere: Ministrum Generalem totam Religionem; Commissarium Generalem totam Familiam. Suadetur: Quia hi sunt Veri Praelati, et

ani

animarum Pastores Instituti, non Innutilitatem, et Commodum proprium, sed Religiosorum, Commissorum, deque his reddituri sunt rationem coram supremo Judice: Ergo Iure naturae dictat Commissum Gregem ab omni damno interno, et externo ... Custodire Visitandu illum. ——

328. Iure e Iure humano positivo suadetur ex Tridentino Sess. 25. cap. 20. ubi dicitur: Abbates qui sunt Ordinum capita, ac caeteri, praedictorum Ordinum Superiores Episcopis non subiecti, quibus est in alia in ferioria Monasteria, Prioratusve, legitima Iure dicto eadem illa sibi subdita Monasteria, et Prioratus suo quisque loco atque ordine, ex officio visitent: Ergo ex Tridentino allata obligatio colligitur ——

329. Sup. 2.° Nostra Generalia Statuta Concilij praedicti

Sequendo vestigia, visitationem hanc mandat. et disponunt. Visitatio hec non debet esse Iudicialis, sed paternalis, et sic Prelati non debent, nec possunt inquirere de aliquo Religioso in particulari de gravi, aliquo excessu et peccatione parenti Constitutionis, nisi precesserit &. eo probatur in famia, aut sic plus probabilis =

83o. Hes suppositis, quod disponitur ex ipsis verbis Constitutionis constat: Volumus autem ne ullo umquam tempore hec in oblivionem seu desuetudinem abeant, ut Superiores Generales, vel eorum Commissarij in provinciarum visitatione sub ijsdem privationis officij vocis activae, et passivae, ipso facto incurrendis poenis, quas non nisi a Nobis, vel Romanis Pontificibus Successoribus nostris similiter Velasari valeant, de Contentorum in hac nostra Sanctione observantia diligenter inquirant, ac transgressores in vocis activae, et passivae privationis

mis, praenarrn inuidisse, et ad officia Ordinis inhabiles esse declarent. Non pauca ex textu praesente poterunt oriri difficultates propterea =

331 Percontaberis 1º. An Minister Prov.s teneatur in Visita hominibus de observantia praesentis Constitutionis inquirere? Cum distinctione respondetur; teneri, non ratione Constitutionis, sed ratione officij, et superioritatis. 1ª pars suadetur: in hac Constitutione solum loquitur cum Ministro Generali, et eius Commissario: Ergo solum istos Constitutio tangit, et nevi Constitutionis Prov.s non est obligatus. 2ª pars etiam suadetur, ut pote Provincialis Minister, ut talis, debet inquirere de observantia obligationum Subditorum; sed una ex illis, et non minor, est observantia huius Constitutionis. Ut ex dictis constat. Ergo quamvis vi Constitutionis Provinciales Ministri obligati non sint ad talem inquisitionem, sunt tamen quia Prae-lati

lan, seu Provinciales.

332. Percontaberes 2°. An Minister vel Commissarius Gen. in inquisitione huius Constitutionis debeant, petere iuramentum de dicenda veritate? = Negative respondetur, quia generalis inquisitio, qualis est ordinata in hac Constitutione, non est perfectum iudicium, sed preparatorium ad inquisitionem specialem, quæ est perfectum iudicium, sed solum ad perfectum iudicium iuramentum exigitur, ut communiter sentiunt Theologi, et Iuristæ: Ergo &c. Graviter ab illis monendi sunt subditi ut veritatem plane aperiant manifestando transgressiones predictis Constitutionis. =

333. Percontaberis 3°. An præsens inquisitio debeat inchoari a Prelato Locali? Aliqui A. A. de visitatione Pre-latorum

latarum, tractando, partem a Clamativam te-
nent, Nostra Statuta Sacra hunc modum
Visitandi nihil Disponunt. Communiter
Vero ad in ferioribus incipitur. Meo Videri
Velinquendum est hoc Discretioni Visitatorum
qui, pensatis Circumstantiis, determinent quod
magis Utile Viderent. ==

332. Percontaberis 2.° An
debeant Religiosi Prelato Visitanti ma-
nifestare excessus, seu transgressiones ex mera
fragilitate semel Commissas et non ex ma-
litia, seu ex consuetudine; V. g. Recursum
Extra Ordinem obtinendam Dignitatem
Circumstantiis dictis? Respondetur cum
Lezana Ver. Visit. Ledezma, et alijs, ne-
gative. Ratio, quia Religiosus sic frangens
presentem Constitutionem, presumi potest
Emendatus, et Extra periculum proximum, ite-
rum frangendi. Ergo &c. ==

Per

335. Perconta[b]eris S. Videtur obligatio revelandi praedicto Praelato fracciones praesentis Constitutionis quas tantum ab alio audivit? Negative Respondetur cum N. Rodriguez tom. 2.° q. 6. art. 7. Lezana tom. 1. Cap. 21. n.° 2.° Rotario tom. 3. Lib. 3. de Praelatis, et officijs Cap. 2.° punt. 5. de Revelationis. fol. 320. n.° 2.° et alijs. Ratio; quia vel ille a quo audivit talem fractionem seu violationem est persona gravis, vel non. si 1.° ad illam immediate pertinet denuntiare, et non alijs manifestare fractionem seu violationem hujus Constitutionis. si secundum. Scilicet, si est persona vilis, parvula et modicae authoritatis, illi credendum non est, et quasi non audita, talis fractio, seu violatio habenda est. sed de fractione hujus non notis, denuntiatio facienda non est: Ergo &c.

Re

336. Respexcontes bexii. Chui Minister Gen.^l vel Visitator precipiat in Visitatione sibi revelari violationes dictis Constitutiones non solum quas quis novit de visu, sed etiam de auditu teneantur subditus illis obedire revelando illas? Respondetur affirmative Cum Religiosus casus illas audierit a Persona fide digna, et non passionata, et ipse Religiosus credit id esse verum. Ratio: quia Prelatus precipit rem licitam: Ergo subditus teneantur obedire.

337. Perconte bexii 6.° Anni transgressionis, sive fractiones presenti Constitutionis sunt correcte et emmendate in Visitatione, debeat illas Prelatis manifestare? Respondetur non solum non debere, sed nec possunt illas manifestare. quod non debeant, patet: Talis delatio esset superflua, et ad nihilum deserviens, ut potet transgressiones correcte iam sunt: Ergo

Ergo illas non debent subditi manifestare. Quod non possint etiam patet, quia in tali casu solum sequeretur difamatio proximi; sed difamatio proximi licita non est: ergo &c.ª Sequendo doctrinam Serinij possemus hoc extendere ad transgressiones non emmendatas, et correctas, sed certo, emmendandas et corrigendas.

338. Perontabeus 3.º An quando superior localis potest transgressiones huius constitutionis corrigere, et emmendare, possint talis transgressiones manifestari Praelato Generali, vel visitatori? Respondetur negative cum Pellizer tom. 2. tract. 9. cap. 4. sect. 1. n. 18. Ratio est, quia sic aperiretur ostium manifestandi pluribus delictum commissum, et diffamandi alios sine necessitate; sed tale ostium aperiendum non est: ergo &c. et consequenter tales transgressiones manifestandae sunt prius Praelato locali vigilanti, et si-

iste illas non Corrigat, sed alios Prelatos tran-
seat.

